Quos diuino dñe reficis mysterio perpetuo defende presidio et quos imbuisti celestibus institutis: salutaribus comitare solatiis. Per do. Si ep̃s fuerit: dicatur super populũ hec oratio. Oremus. Humiliate capita vestra deo. Or.

Fideles tuos dñe benedictio desiderata confirmet: que eos et a tua voluntate nunq̃ faciat discrepare: et tuis semper indulgeat beneficiis gratulari. Per do. Tamen si ep̃s presens fuerit et ordines fecerit nõ dicetur. Dñica secunda quadragesime. Officium

Reminiscere miserationũ tuarũ dñe et mie tue que a seculo sunt: ne vñq̃ dominẽt nobis inimici nostri libera nos deus israel

et oībus angustiis nr̄is. ps. Ad te
dn̄e leuaui aīam meā: de⁹ meus in
te confido nō erubescam. Oratio.
DEus qui cōspicis omni nos
virtute destitui interius et
exterius q̄ custodi: vt ab oīb⁹ aduer
sitatibus muniamur ī corpore: et a
prauis cogitationibus mūdemur
in mente. Per dominum nostrum.
Ad thessalonicenses .i.iiii. caplo.
FRatres: Rogamus vos et
obsecramus in dn̄o iesu: vt
quēadmuoduz accepistis a nobis
quomō oporteat vos ambulare et
placare deo/ sic et ābuletis vt abū
detis magis. Scitis eni q̄ precepta
dederi vobis: per dn̄m iesū. Hec
est eni voluntas dei scītificatio ve-
stra: vt abstineatis vos a fornica-
tione/ vt sciat vnusq̄sq̄ vestrū/ su
um vas possidere in sācitificatione
et honore. Non in passione deside
rii: sicut et gentes q̄ ignorant deū.
Et ne q̄s superegrediat neq̄ circū
ueniat in negocio fratrē suum: qm̄
vindex est dn̄s de his oībus q̄ pre
diximus vobis et testificati sumus.
Nō ei vocauit nos de⁹ ī imūdiciā:
sed ī sāctificationē. In xp̄o iesu: do
mino nr̄o. Gr. Tribulatiōes cor-
dis mei dilatate sūt: de necessitati
b⁹ meis eripe me dn̄e. V. Uide hūi
litatē meā et laborē meū: et dimitte
oīa peccata mea. Tractus.
DIxit dn̄s mulieri chananee:
nō est bonū sumere panē filiorū/ et
mittere canib⁹ ad māducādū. V. At
illa dixit. etiā dn̄e/ nā et catelli edūt
de micis q̄ cadūt de mēsa dn̄orū suorū. V.
Ait illi ies⁹. mulier magna ē fides
tua: fiat tibi sicut petisti. S. m. xv.
IN illo tempore Egressus ie
sus: secessit in partes tyri et
sydonis. Et ecce mulier chananea
a finibu illis egressa: clamauit di
cens ei. Miserere mei dn̄e fili da
uid: filia mea male a demo nio ve-
xatur. Qui non respondit ei ver-
bum. Et accedētes discipuli eius:
rogabāt eum dicētes. Dimitte eā:
q̄ clamat post nos. Ipse aūt respō
dens: ait. Non sum missus: nisi ad
oues que perierūt dom⁹ israel. At
illa venit: et adorauit eum dicens.
Dn̄e adiuua me. Qui respondens
ait. Nō est bonū sumere panem fi
liorū: et mittere canibus. At illa di
xit. Etiā dn̄e. Nā et catelli edunt
de micis: que cadunt de mensa dn̄o
rum suorum. Tunc respōdens ies⁹
ait illi. O mulier magna est fides
tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est
filia ei⁹: ex illa hora. Offr. Medi-
tabor ī mādatis tuis que dilexi val
de: et leuabo man⁹ meas ad māda
ta tua que dilexi. Secreta.
ECclesie tue dn̄e munera pla
catus assume: que et misericors of
ferenda tribu isti: et in nostre salu-
tis potenter efficis transire myste
rium. Per. Prefatio quotidia.
Cōio. Intellige clamorē meū intēde
voci orōnis mee rex me⁹ et de⁹ me⁹
qm̄ ad te orabo dn̄e. Postcōmunio.
COrporis et sanguinis sacro
sancti nomie q̄s gratia nos
sumpta viuificet: et quod mysticis
actionibus pollicetur/ eternis effe
ctibus largiatur. Per dominum.
Feria secunda. Ad missā Officiū
REdime me dn̄e et misere
re mei: pes eni meus ste
tit in via recta in ecclesi-
is benedicā dominū. ps.
Iudica me dn̄e qm̄ ego ī inocētia
mea igress⁹ sū: et in dn̄o sperās nō
infirmabor. Flectam⁹. ge. Le. Or.
PResta q̄s omnipotēs deus
vt familia tua. que se affli-
gendo carnem ab alimentis abs

net: sectando iusticiā a culpa ieiu-
net. Per. Lectio danielis pphe. x.
In diebus illis: Orauit dani-
el ad dn̄m dicens. Dn̄e deus
noster qui eduxisti populū tuum
de terra egypti in manu forti: et
fecisti tibi nomen secundum diem
hanc peccauimus/iniquitatem fe-
cimus dn̄e in om̄ē iusticiam tuam
Auertatur obsecro ira tua ꝛ furor
tu⁹: a ciuitate tua hierusm/et a mō
te sācto tuo. Propter pctā eni nr̄a
et iniquitates patrū nostrorum: hie-
rusalē et populus tuus in oppro-
briū sunt omibus per circuitū no-
strum. Nunc ergo exaudi de⁹ no-
ster orōnē serui tui et preces eius:
et ostende faciē tuā super sanctua
riū tuū quod desertū est. Propter
temetipsū inclina deus meus au-
rem tuā et audi: aperi oculos tu-
os et vide desolationē nostrā et ci-
uitatē super quā inuocatū est no-
men tuū. Neq3 eni in iustificatio-
nibus nostris prosternim⁹ preces
ante faciē tuā: sed in miserationi-
bus tuis multis Exaudi dn̄e: pla-
care dn̄e/attende et fac. Ne more-
ris ppter temetipsū de⁹ meus: qꝛ
nomē tuū inuocatū est sup ciuita-
tē et sup ppl'm tuū/dn̄e de⁹ noster
Gr. Adiutor me⁹ ꝛ liberator me⁹
esto dn̄e ne tardaueris. V. Confū-
dātur ꝛ reuereātur inimici mei qui
querunt animam meam. Tract⁹
Domine nō scd'm pctā nr̄a q̄ fe-
cimus nos: neq3 secūdū iniq-
tates nr̄as retribuas nobis. V. Do-
mine ne memineris iniqtatū nr̄arū
antiquarū cito anticipent nos mi-
sericordie qꝛ pauperes facti sum⁹ nimis
Hic non fiat genuflexio cū dicitur
V. Adiuua nos deus salutaris no-
ster: et propter gloriam nominis
tui dn̄e libera nos/ꝛ propici⁹ esto
peccatis nostris propter nomen
tuum. Secundū iohānem. viii. c.
In illo tempore: Dixit iesus
turbis iudeorū. Ego vado
et queretis me: et ī peccato vestro
moriemini. Quo ego vado: vos
non potestis venire Dicebant er-
go iudei. Nunquid interficiet se-
metipsum: quia dicit/quo ego va-
do vos non potestis venire? Et
dicebat eis Uos de deorsum estis
ego de superius sum. Uos de mū-
do hoc estis: ego non sum de hoc
mundo. Dixi ergo vobis: qꝛ mori-
emini in pctīs vestris. Si eni' non
credideritis qꝛ ego sum: morie-
mini in pctō vestro. Dicebāt ergo ei.
Tu quis es? Dixit eis iesus Princi-
pium qui et loquor vobis. Mul-
ta habeo de vobis loqui et iudi-
care: sed qui me misit verax est.
Et ego que audiui ab eo: hec lo-
quor in mundo. Et non cognoue-
runt quia patrem eius dicebat deū
Dixit ergo eis iesus. Cū exaltaue-
ritis filium hominis: tunc cogno-
scetis quia ego sum. Et a meipso
facio nichil: sed sicut docuit me pa-
ter/hec loquor. Et qui me misit
mecū est: et non reliquit me solū
Quia ego que placita sūt ei: facio
semper. Off. Bn̄dicā dn̄m qui tribu-
it michi intellectū: prouidebā deū ī
conspectu meo semper qm̄ a dex-
tris est michi ne cōmouear. V. Cō-
serua me dn̄e qm̄ ī te speraui: ego
dixi deus meus es tu/dominus
pars hereditatis mee. Sec.
Hec hostia qs domine placa-
tionis et laudis: tua nos propici-
atione dignos efficiat. Per dn̄m
nostrum iesum christum filium tu-
um qui tecum. etc. Co'io. Dn̄e do-
min⁹ nr̄ q̄ admirabile est nomen
tuum in vniuersa terra. Post co'io.

Hec nos cōmunio dn̄e pur-
get a crimine: et celestis re-
medii faciat esse cōsortes. Per d.
Sup ppl'm Humilia. ca. ve. de. or.
Adesto supplicationib⁹ nr̄is
omnip̄s deus: et quib⁹ fiduci
am sperande pietatis indulges:
ꝯsuete mie tribue benign⁹ effectū
Per d. ¶ Feria tercia. Officium.
Tibi dixi cor meum q̄si
uit vultū tuū vultū tuū
dn̄e requirā ne auertas
faciē tuā a me. ps. Dn̄s
illuiatio mea: ꝫ sal⁹ mea quē time
bo: Flectam⁹ genua Leuate. or.
Perfice q̄s dn̄e benignus in
nobis obseruātie sācte sub-
sidiū: vt que te auctore faciēda co-
gnouim⁹/te operāte cōpleamus.
Per d. Lectio libri regū. iii. xvii.
In diebus illis: Fact⁹ est ser
mo dn̄i ad helyā thesbitē di-
cens. Surge et vade in sareptā si
doniorū: et manebis ibi. Precepi
eni ibi mulieri vidue: vt pascat te.
Surrexit helyas et abiit in sare-
ptā. Cūq̄ venisset ad portā ciuita
tis: apparuit ei mulier vidua col-
ligens duo ligna. Et vocauit eā:
Dixitq̄ ei Da michi paululū aque
in vase: vt bibā. Cunq̄ illa perge
ret vt afferret: clamauit post ter-
gū eius dicens. Affer michi obse-
cro ꝫ bucellā panis: in manu tua
Que respōdit Viuit dn̄s de⁹ tu⁹:
qr nō habeo panē nisi q̄tū pugil
lus capere potest farine i hydria/
et paululū olei in lechito. En col
ligo duo ligna: vt ingrediar et fa-
ciā illud michi et filio meo: vt co-
medam⁹ et moriamur. Ad quē he
lyas ait. Noli timere: sed vade et
fac sicut dixisti. Veruntamē michi
primum fac de ipsa farinula subci
nericiū panem paruulū ꝫ affer ad
me: tibi aūt et filio tuo facies post
ea. Hec aūt dicit dn̄s deus israel:
hydria farine nō deficiet/nec lechi
tus olei minuetur/vsq̄ in diē in qua
datur⁹ est dn̄s pluuiā sup faciē ter
re. Que abiit et fecit iuxta verbū
helye: et comedit ipse et illa/et do
m⁹ ei⁹ tota. Et ex illa die hydria fa
rine nō defecit: et lechit⁹ olei non
est iminut⁹ iuxta verbū dn̄i qd lo
cutus fuerat in manu helye. Gr.
Iacta cogitatū tuū in dn̄o et ipse
te enutriet. v. Dū clamarē ad dn̄m
exaudiuit vocē meā ab his qui ap-
propinquāt michi. S. mathe. xxiii.
In illo tp̄e Locutus est iesus
ad turbas: et ad discipulos
suos dicens Super cathedrā moy-
si: sederunt scribe et pharisei. Oia
ergo quecūq̄ dixerint vobis serua-
te et facite: scd'm vero opa eo⁊ no-
lite facere. Dicūt eni: ꝫ nō faciunt
Alligant eni onera grauia et ipor
tabilia ꝫ iponūt i humeros hoīz: di-
gito aūt suo nolūt ea mouere. Oia
vero opera sua faciūt: vt videant
ab hoib⁹. Dilatant eni philateria
sua et magnificant fimbrias. Amāt
autē primos accubitus in cenis:
et primas cathedras in synagogis
et salutationes in foro/et vocari
ab hoibus rabbi. Vos autem no-
lite vocari rabbi: vnus est eni ma
gister vester/oēs aūt vos fr̄es estis
Et patrē nolite vocare vobis sup
terrā Vn⁹ est eni pater vester qui
in celis est. Nec vocemini magistri:
quia magister vester vnus est xp̄s
Qui maior est vestrū: erit minister
vr̄. Qui aūt se exaltauerit humilia-
bit: ꝫ qui se hūiliauerit/exaltabit
Offr. Miserere michi domine se-
cundum magnā misericordiā tuā
dele iniquitatē meam. v. Quoni-
am iniq̄tatē meam ego cognosco:

⁊ delictū meū 𝔠tra me est semp.Se.
Sanctificationē tuā nobis domine his mysteriis placatus operare:que nos ⁊ a terrenis purget viciis:et ad celestia dona ꝑducat.p Cōio. Narrabo oīa mirabilia tua:⁊ letabor et exultabo in te psallā nomī tuo altissime. Postcō
Sit nobis dn̄e q̄s medicina mentis et corporis qđ de sancto altari tuo ꝑcepimus:vt nullis aduersitatib⁹ fatigemur:qui tanti remedii participatione munimur.p. Super ppl'm. Humi.ca.or.
Propiciare dn̄e supplicationibus nostris:et aīarū nrārū medere lāguoribus: vt remissione percepta/in tua semp bn̄dictione letemur.p. Fe.iiii. Officiū.
Ne derelinquas me dn̄e deus meus ne discedas a me:intēde in adiutoriū meū dn̄e virtus salutis mee.ps Dn̄e ne i furore tuo arguas me:neq3 in ira tua corripias me.
Orem⁹. Flectam⁹.ge. Leuate.or.
Populū tuū q̄s dn̄e ꝑpicius respice:et quos ab escis carnalibus p̄cipis abstinere:noxiis quoq3 viciis cessare concede. Per dominum. Lectio libri hester.xiii.
In diebus illis: Orauit hester ad dn̄m dicens. Dn̄e de⁹ rex oīps:in dicione tua cūcta sūt posita:et non est qui tue possit resistere voluntati. Si decreueris saluare nos:continuo liberabimur. Tu enī dn̄e fecisti celū et terrā:et quicqđ celi ambitu continet. Dn̄s oīm tu es:nec est qui resistat maiestati tue. Et nūc dn̄e rex regū deus abrahā miserere populo tuo:qr volunt nos inimici nostri perdere et hereditatē tuā delere. Ne despicias partē tuā quā redemisti de egipto:sed exaudi deprecationē nrām et ꝑpicius esto sorti et funiculo hereditatis tue/et cōuerte luctū nostrū in gaudiū vt viuentes laudemus nomen tuum. Et ne claudas ora canentiū te:dn̄e deus nr̄. Gr.
Saluū fac ppl'm tuū dn̄e.et bn̄dic hereditati tue.ỽ. Ad te dn̄e clamabo deus me⁹ ne sileas a me et ero similis descēdētib⁹ ī lacū. Tractus
De necessitatib⁹ meis eripe me dn̄e humilitatē meā et laborē meū:et dimitte oīa pctā mea ỽ. Ad te leuaui animā meam deus meus in te cōfido nō erubescā:neq3 irrideāt me inimici me. ỽ. Etenim vniuersi qui te expectant non confundentur cōfūdantur oēs facientes vana. Sed'm matheū.xx.
In illo tp̄e: Ascendens iesus hierosolimā:assūpsit duodecī discipulos suos secreto:et ait illis Ecce ascēdim⁹ hierosolimā:⁊ filius hoīs tradet principib⁹ sacerdotū et scribis:et cōdēnabūt eum morte. Et tradēt eū gētibus ad illudēdū:⁊ flagellādū et crucifigendū. Et tercia die resurget. Tūc accessit ad eū mater filior zebedei cū filijs suis adorās ⁊ petēs aliqđ ab eo. Qui dixit ei. Quid vis: Ait illi Dic vt sedeāt hi duo filii mei:vn⁹ ad dexterā tuā/⁊ vn⁹ ad sinistrā in regno tuo. Respondens aūt iesus dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sum: Dicūt ei. Possum⁹. Ait illis. Calicē quidē meum bibetis:sedere aūt ad dexterā meā vel ad sinistrā non est meū dare vobis:sed quibus paratū est a pr̄e meo. Et audientes decē:indignati sunt de duobus fratribus. Iesus aūt vocauit eos ad se et ait. Scitis qr principes gentiū dn̄antur eorū:et qui

maiores sunt potestatē exercēt in
eos. Non ita erit inter vos. Sed
quicūq voluerit inter vos maior
fieri: sit vester minister. Et q̄ volu
erit īter vos p̄mus esse: erit vester
seruus. Sicut filius hois non ve-
nit ministrari: sed ministrare. et
dare aiam suā: in redēptionē pro
multis. Offē. Ad te dn̄e leuaui ani
mā meā de⁹ meus ī te ɔfido nō eru
bescā: neq irrideāt me īimici mei:
etenī vniuersi q̄ te expectāt nō ɔfū
dēt. V. Dirige me ī veritate tua et
doce me q2 tu es de⁹ salutaris me
us et te sustinui tota die. Secreta
Hostias dn̄e quas tibi offeri-
mus ppicius respice: et per
hec sacrosancta cōmercia/ vincula
pctō2ū nostro2ū absolue. p. d. Cō.
Justus dn̄s et iusticias dilexit: eq
tatem vidit vultus eius. Postcōio
Prosit nobis dn̄e q̄s myste-
rii frequentata perceptio: vt
a vetustatis conditiōe purgati: ad
tue nouitatis icrementa tēdam⁹
Per. Sup ppl'm Hustia. ca. Or.
Deus inocentie restitutor et
amator: dirige ad te tuo2ū
corda seruo2ū: vt spūs tui feruore
concepto: et ī fide inueniantur sta
biles/ et in ope efficaces. Per do. in
vnita. eiusdē. ¶ Feria. v. Officiū
Deus in adiutoriū meū
intende dn̄e ad adiuuā
dum me festina: confū-
dantur et reuereant̄ ini
mici mei q̄ querunt aiam meā. Ps.
Auertātur retrorsū et erubescāt: q̄
volūt michi mala. Glo. ge. Le. Or.
Presta nobis q̄s dn̄e auxiliū
gratie tue: vt ieiuniis et ora
tionibus conuenienter intenti: li-
beremur ab hostibus mētis et cor
poris. Per dominū nostrū iesum.
Lectio hieremie prophete. xvii. ca.

In diebus illis: Locutus est
hieremias propheta dicens
Maledict⁹ hō qui cōfidit in hoīe:
et ponit carnē brachium suū/ et a
dn̄o recedit cor eius Erit enī quasi
si mirice in deserto: et non videbit
cū venerit bonū/ seu habitabit in
siccitate in deserto/ in terra salsu-
ginis et in habitabili Benedictus
vir q̄ confidit in dn̄o: et erit dn̄s fi-
ducia eius. Et erit quasi lignū qd
transplantat̄ sup aquas: qd ad hu
morē mittit radices suas/ et non
timebit cū venerit estus. Et erit
foliū eius viride: et in tp̄e siccitatis
non erit sollicitum/ nec aliqū desi-
net facere fructū. Prauum est cor
hois et inscrutabile/ q̄s cognoscet
illud: Ego dn̄s scrutās corda et p
bās renes: q̄ do vnicuiq iuxta viā
suā/ et iuxta fructū adinuētionū sua
rū. Dicit dn̄s ops. Gr. Propicius
esto dn̄e pctis n̄ris neqū dicāt gen
tes vbi est de⁹ eo2ū. V. Adiuua nos
de⁹ salutaris n̄r: et ppter honorem
nois tui dn̄e libera nos. S. ioh. v.
In illo tp̄e Dixit iesus turbis
iudeo2ū. Non possum ego a
meipso facere quicq̄: sed sicut au-
dio iudico. Et iudiciū meū iustū
est: q2 nō quero voluntatē meam/
sed voluntatem eius qui misit me.
Si ego testimoniū phibeo de me
ipso: testimoniū meū nō est verū.
Alius est qui testimoniū perhibet
de me: et scio q2 verum est testimo-
niū eius qd perhibet de me. Vos
misistis ad iohēm et testimonium
perhibuit veritati. Ego autē non
ab hoie testimoniū accipio sed hec
dico vt vos salui sitis. Ille erat lu
cerna ardens et lucēs: vos aūt vo
luistis ad horā exultare ī luce eius
Ego autē habeo testimoniū ma-
ius iohāne Opa enī que dedit mi

chi pater vt perficiã ea: ipsa opa q̃
ego facio testimoniũ phibẽt de me/
qȝ pater me misit. Et qui misit me
pater: ipse testimoniũ perhibet de
me. Neq̃ vocẽ eius vnq̃ audistis:
neq̃ speciẽ eius vidistis. Et verbũ
ei⁹ nõ habetis in vobis manẽs: qȝ
quẽ misit ille/ huic vos nõ creditis
Scrutamini scripturas in quib⁹
putatis vos vitã eternã habere: ⁊
ille sũt q̃ testimoniũ perhibent de
me. Et nõ vultis venire ad me: vt
vitã eternã habeatis. Claritatez
ab hoib⁹ nõ accipio: sed cognoui
vos/ qȝ dilectionẽ dei nõ habetis ĩ
vobis. Ego veni ĩ noĩe patris mei
et nõ accepistis me. Si ali⁹ vene-
rit ĩ noĩe suo: illũ accipietis. Quo
mõ vos potestis credere q̃ gloriã
ab inuicẽ accipitis: ⁊ gliam q̃ a solo
deo est non q̃ritis? Nolite putare
qȝ ego accusatur⁹ sim vos apud pa
trẽ: est qui accusat vos moyses in
q̃ vos spatis. Si eni crederitȝ moy
si: crederetis forsitan et michi.
De me eni ille scripsit. Si aũt illi
us litteris nõ creditis: quõ verbis
meis credetis. Offer. Precat⁹ est
moyses in cõspectu dñi dei sui ⁊ di
xit: precatus est moyses in conspe
ctu dñi dei sui et dixit: q̃re dñe ira-
sceris ĩ pplo tuo/ parce ire aĩe tue/
memẽto abrahã ysaac et iacob/ q̃-
bus iurasti dare terrã fluẽtẽ lac et
mel/ ⁊ placat⁹ fact⁹ est dñs de mali
gnitate quã dixit facere pplo suo.
℣. Dixit dñs ad moysẽ/ iuenisti grã
ĩ cõspectu meo/ ⁊ scio te p̃ oib⁹. ⁊ fe
stinãs moyses iclinauit se in terrã
⁊ adorauit dicẽs/ scio qȝ misericors
es ĩ millib⁹ auferẽs iniq̃tatẽ ⁊ pctã
Deus cui olim sacris. Secre.
ficiorũ varietate finita ho-
stiam nunc offerimus singularẽ:
adesto votis tua inspiratione con
ceptis: vt in te sperantiũ et deside
ria iubeas perfici: et peccata deleri
per dñz. Cõio. Qui mãducat meã
carnẽ ⁊ bibit meũ sanguinẽ in me
manet et ego in eo dicit dñs p⁹cõ.
Gratiã tuã nos dñe q̃s nõ de
reliquat: q̃ et sacre nos dedi-
tos faciat fuituti: ⁊ tuã nobis opẽ
semp acq̃rat largitatis: et ab oĩ-
bus tueat aduersis. Per do. Sup
populũ. Humiliate ca. ve. deo. Or.
Adesto dñe famulis tuis: et
perpetuã benignitatem lar
gire poscentibus: vt his qui te au
ctore et gubernatore gloriant: et
congregata restaures/ et restau-
rata conserues. Per dominũ no.
Feria sexta. ad missã. Officium
Ego aũt cũ iusticia appa
rebo ĩ cõspectu tuo: satia
bor dũ manifestabitur
gloria tua. Ps. Exaudi
domine iusticiã meam: intẽde de-
precationẽ meã. Glia. Ore⁹. Fle-
ctamus genua leuate. Oratio.
Da q̃s omnipotens deus: vt
sacro nos purificante ieiu-
nio: sinceris mentibus ad sancta
ventura facias peruenire. Per do
minũ. Lectio libri genesis. xxxvii.
In diebus illis: Dixit ioseph
fratribus suis. Audite sõni-
um meũ qđ vidi. Putabã nos li-
gare manipulos in agro: et quasi
consurgere manipulũ meũ et sta-
re: vestrosq̃ manipulos circũstã-
tes adorare manipulũ meum. Re
spõderũt fratres ei⁹. Nunquid rex
noster eris: aut subiicremur ditio
ni tue? Hec ergo causa somniorũ
atq̃ sermonum inuidie et odii fo-
mitem ministrauit. Aliud quoq̃
vidit somniũ: quod narrãs fratribus
ait. Vidi per somniũ quasi solẽ et lu
nã: et stellas vndecim adorare me.

Quod cū patri suo et fratribꝫ retulisset: increpauit eū pater suus et dixit. Quid sibi vult hoc sōniū qđ vidisti? Nū ego et mater tua ꝛ fratres tui adorabimus te sup terram? Inuidebāt ei igitur fratres sui: pater vero rem tacit⁹ considerabat. Cūq; fratres illi⁹ in pascēdis gregibus pris morarent̄ in sichem: dixit ad eū israel. Fratres tui pascunt oues in sichimis: veni mittā te ad eos. Quo respondēte presto sum: ait. Uade et vide si cūcta pspera sint erga fratres tuos et pecora: et renuncia michi quid agat. Missus de valle ebron: venit in sichē. Inuenitq; eū vir errantē in agro: ꝛ interrogauit eū qđ q̄reret. At ille respōdit Fratres meos quero. Indica michi vbi pascunt greges? Dixitq; illi vir Recesserūt de loco isto. Audiui aūt eos dicentes: eamus in dothaī. Perrexit ergo ioseph post fratres suos: ꝛ inuenit eos in dothaī. Qui cū vidissēt eū procul: anteq̄ accederet ad eos cogitauerunt illū occidere/ et mutuo loq̄bant̄. Ecce sōniator venit Uenite occidam⁹ eū/ et mittam⁹ in cisternā veterā: dicemusq; fera pessima deuorauit eū. Et tūc apparebit: qđ illi prosint sōnia sua. Audiēs aūt hec ruben nitebatur liberare eū de manibus eorū. Et dicebat. Non interficiamus aīam eius nec effundamus sanguinē: sꝫ proiicite eū in cisternā hanc q̄ est in solitudīe/ manusq; vr̄as seruate innoxias Hoc aūt dicebat volēs eripere eū de manib⁹ eorꝫ: ꝛ reddere patri suo Gr. Ad dn̄m cū tribularer clamaui: et exaudiuit me. ꝟ. Dn̄e libera aīaꝫ meā a labiis iniq̄s et a lingua dolosa. Tract⁹

Domie nō scd̄ꝫ pctā nr̄a q̄ fecimus nos: neq; scd̄m iniquitates nr̄as retribuas nobis. ꝟ. Dn̄e ne memineris iniq̄tatū nostrarū antiquarꝫ/ cito anticipēt nos mie tue/ q2 pauperes facti sum⁹ nimis. Hic nō fiat genuflexio cū dicit. ꝟ. Adiuua nos de⁹ salutarꝫ noster: et ꝓpter gl'iaꝫ nominis tui dn̄e libera nos/ ꝛ ꝓpicius esto pctīs nostris ꝓpter nomē tuum. ℣. matheū. xxi.

In illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorꝫ Homo quidā erat paterfamilias qui plantauit vineā: et sepē circū dedit ei. Et fodit in ea torcular et edificauit turri: ꝛ locauit eā agricolis/ et peregre ꝓfectus est Cum aūt tp̄s fructuū appropiquasset: misit seruos suos ad agricolas/ vt acciperēt fruct⁹ eius Et agricole apprehēsis seruis eius: aliū ceciderūt/ aliū occiderūt/ aliū vero lapidauerūt. Iterum misit alios seruos plures p̄oribus: et fecerūt illis similiter. Nouissime aūt misit ad eos filiū suum dicens. Uerebuntur filiū meū. Agricole autē vidētes filiū: dixerunt intra se. Hic est heres: venite occidam⁹ eū/ et habebimus hereditatē eius. Et apprehensū: eū eiecerunt extra vineā/ et occiderūt. Cum ergo venerit dn̄s vinee: qđ faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet: ꝛ vineā suā locabit aliis agricolis/ qui reddāt ei fructū tp̄ibus suis. Dicit illis iesus. Nunq̄ legistis in scripturis. Lapidē quem reprobauerūt edificantes: hic fact⁹ est in caput anguli? a dn̄o factū est istud: et est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis q2 auferet̄ a vobis regnū dei: et dabit̄ genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit sup lapidē istū: cōfringetur

Super quē vero ceciderit: cōteret
eū. Et cum audissent principes sa
cerdotū ꝗ pharisei parabolas ei⁹
cognouerūt ꝙ de ipsis diceret. Et
querentes eū tenere: timuerunt tur
bas. Quōniā sicut prophetā eū habe-
bāt. Offer. Dñe ī auxiliū meū respi
ce: cōfundant̄ ꝗ reuereant̄ qui querūt
aīm meā vt auferāt eam. V. Auer
tantur retrorsū ꝗ erubescant qui
cogitāt michi mala. Secre.

Hec in nob; sacrificia dñe de
us ꝯ actione permaneāt: ꝗ opera
tione firment̄. Per do. Cōio. Tu
dñe seruabis nos: ꝗ custodies nos
a ḡnatione hac in eternū. Postcō

Hac nos domine ḡs accepto pi
gnore salutis eterne sic ten
dere congruenter: vt ad eā perue
nire possimus. Per d. Sup ppim
Humiliate capita vestra deo. Orō.

Da q̄s dñe populo tuo salu-
tem mētis ꝗ corporis: vt bo
nis operibus inherēdo / tue semper
virtutis mereat̄ protectione defē
di. Per do. ¶ Sabbato. Officiū.

Lex dñi irreprehēsibilis
cōuertēs aīas: testimo
niū dñi fidele sapientiā
pstās puulis. Ps. Celi
enarrāt gl'iaȝ dei: ꝗ opa manuū ei⁹
annūciat firmamētū. Flecta. Or.

Da q̄s dñe nostris effectū ie-
iuniis salutarē: vt castiga-
tio carnis assūpta / ad nostrarum
vegetationē transeat aiarū. Per
dñm. Lectio libri genesis. xxvii. c.

In diebus illis: Dixit rebec-
ca filio suo iacob. Audiui pa-
trem tuū loquentē cū esau fratre
tuo: ꝗ dicentē ei. Affer michi de ve
natione tua et fac cibos vt come-
dā: ꝗ benedicā tibi corā dño / ante
ꝙ moriar. Nūc ergo fili mi acqui-
esce cōsiliis meis: ꝗ pergēs ad gre

gem / affer michi duos hedos opti
mos / vt faciā ex eis escas pri tuo /
quibus libenter vescit̄. Quas cū
intuleris et comederit bñdicat ti-
bi priusꝙ moriat̄. Cui ille respon-
dit. Nosti ꝙ esau frater me⁹ homo
pilosus sit: et ego leuis. Si attre-
ctauerit me pater me⁹ ꝗ senserit:
timeo ne putet sibi me voluisse il-
ludere / et inducat sup me maledicti
onē pro bñdictiōe. Ad quē mater.
In me sit (ait) ista maledictio fili
mi: tñ audi vocē meā / et pergens
affer q̄ dixi. Abiit et attulit: dedit
ꝙ matri. Parauit illa cibos sicut
nouerat velle patrē illi⁹: et vesti-
bus esau valde bonis quas apud
se habebat domi / induit eū. Pelli
culasꝙ hedoꝝ circūdedit manib⁹
et colli nuda ptexit. Deditꝙ pul-
mentū: et panes quos coxerat tra
didit. Quibus illatis dixit. Pater
mi. At ille respōdit. Audio. Quis
es tu fili mi? Dixitꝙ iacob. Ego
sum esau p̄mogenit⁹ tu⁹: feci sicut
precepisti michi. Surge / sede ꝗ co
mede de venatione mea: vt bñdi-
cat michi aīa tua. Rursūꝙ ysaac
ad filiū suū. Quō (inquit) tam cito i-
uenire potuisti fili mi? Qui rñdit.
Voluntas dei fuit: vt cito michi
occurreret q̄d volebā. Dixitꝙ ysa
ac. Accede huc vt tangā te fili mi:
ꝗ probē vtrū tu sis filius me⁹ esau
an nō. Accessit ille ad patrē: ꝗ pal-
pato eo dixit ysaac. Vox quidem
vox iacob est: sed man⁹ / man⁹ sūt
esau. Et non cognouit eū: q: pilo-
se man⁹ similitudinē maioris ex-
presserāt. Bñdicens ergo illi ait.
Tu es filius me⁹ esau? Respōdit
Ego sū. At ille. Affer (inquit) michi
cibos de venatione tua fili mi: vt
bñdicat tibi aīa mea. Quos cum
oblatos cōedisset: obtulit ei etiaȝ

et vinū. Quo hausto: dixit ad eū. Accede ad me: et da michi osculū fili mi. Accessit: et osculatus est eū. Statimq; vt sensit vestimentoꝝ illi us fragrantiā: bñdicēs illi ait. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni: cui bñdixit dñs. Det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre abūdantiā frumenti vini et olei: et seruiāt tibi populi / et adorēt te tribus. Esto dñs fratrū tuoꝝ: et incuruent ante te filii matris tue. Qui maledixerit tibi sit ille maledict⁹ et q bñdixerit tibi benedictionib⁹ repleat. Uix ysaac sermonē impleuerat: et egresso iacob foras / venit esau. Coctosq; de venatiōe cibos intulit p̄ri dicēs. Surge pater mi et comede de venatiōe filii tui: vt bñdicat michi aīa tua. Dixitq; illi ysaac. Quis ei es tu? Qui respōdit Ego sū filius tuus primogenitus esau. Expauit ysaac stupore vehementi: et vltra q̄ credi potest admirans ait Quis igit ille est qui dudū captā venationē attulit michi: et comedi ex oībus priusq̄ tu venires? Bñdixiq; illi: et erit benedictus. Auditis esau sermonibus patris: irrugiit clamore magno / et cōsternat⁹ ait. Bñdic etiā et michi pater mi. Qui ait. Uenit germanus tuus fraudulēter: et accepit benedictionem tuā. At ille subiūxit. Iuste vocatū est nomen ei⁹ iacob: supplantauit enī me en altera vice. Primogenita mea ante tulit: et nūc scd'o surripuit benedictionē meam. Rursumq; ad patrē Nunquid non reseruasti (ait) et michi benedictionē? Respōdit ysaac Dñm tuū illū cōstitui: et oēs fratres suos seruituti illi⁹ subiugaui. Frumēto et vino et oleo stabiliui eū: et tibi post hec fili mi vltra quid faciā? Cui esau Num vnam inquit tantū benedictionē habes pater? Michi quoq; obsecro vt benedicas. Cūq; eiulatu magno fleret motus ysaac dixit ad eum. In pinguedine terre et in rore celi desuper: erit bñdictio tua. Gr. Bonū est cōfiteri dño et psallere nomini tuo altissime. V. Ad annūciādū mane miam tuam: et veritatē tuam per noctē. Secundum lucam. xv.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis: parabolam hanc Homo quidā habuit duos filios: et dixit adolescētior ex illis patri. Pater da michi portionē substantie q̄ me contingit. Et diuisit illis substantiā. Et nō post multos dies cōgregatis oībus adolescētior filius pegre pfectus est in regionē longinquā: et ibi dissipauit substantiā suā viuendo luxuriose. Et postq̄ oīa consummasset: facta est fames valida in regione illa / et ipse cepit egere. Et abiit et adhesit vni ciuiū regionis illius: et misit illū in villā suam / vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem suū de siliq̄s quas porci māducabāt: et nemo illi dabat. In se aūt reuersus: dixit. Quāti mercenarii in domo patris mei abūdāt panibus: ego aūt hic fame pereo. Surgā / et ibo ad patrē meū: et dicā ei. Pater peccaui in celū et corā te: iam non sum dign⁹ vocari filius tuus / fac me sicut vnū ex mercenariis tuis. Et surgēs venit ad patrē suū. Cū aūt adhuc longe esset: vidit illum pater ipsius / et misericordia motus est. Et accurrēs cecidit supra collū eius: et osculatus est eū. Dixitq; ei filius. Pater peccaui in celū et corā te: iam non sum dignus vocari fili⁹ tuus. Di

xit autẽ pater ad seruos suos. Ci-
to proferte stolã primã et induite
illũ: et date anulũ in manu eius/ et
calciamenta in pedes eius. Et ad
ducite vitulũ saginatũ et occidite/
et mãducemus et epulemur: quia
hic filius meus mortuus erat et re
uixit/ perierat et inuentus est. Et
ceperũt epulari. Erat autẽ fili⁹ ei⁹
senior in agro. Et cũ veniret et ap
propinquaret domui: audiuit sym-
phoniã et chorũ. Et vocauit vnũ
de seruis: et interrogauit quid hec
essent. Isq; dixit illi. Frater tuus
venit: et occidit pater tuus vitulũ
saginatũ/ quia saluũ illũ recepit. In
dignatus est autẽ: et nolebat introi
re. Pater ergo illius egress⁹: cepit
rogare illũ. At ille respondens: di
xit patri suo. Ecce tot annis seruio
tibi: et nunq̃ mãdatũ tuũ preteri-
ui/ et nunq̃ dedisti michi hedũ vt
cũ amicis meis epularer. Sed post
q̃ hic filius tu⁹ qui deuorauit sub
stantiã suã cũ meretricibus venit
occidisti illi vitulũ saginatum. At
ille dixit ei. Fili/ tu semper mecũ es
et oĩa mea tua sunt. Epulari autẽ
et gaudẽ oportebat: quia frater tuus
hic mortuus fuerat et reuixit. Peri
erat: et inuẽt⁹ est. Offer. Illumina ocu-
los meos ne vnq̃ obdormiã i mor
te nequã dicat inimic⁹ me⁹ preualui ad
uers⁹ eũ. V. Usq; q̃ dñe obliuisceris
me i finẽ: q̃diu ponã consilia i aĩa

His sacrificiis dñe cũ mea se
cede placat⁹ vt q̃ ppriis oĩa
mus absolui delict: nõ grauemur
externis. p. do. Co. Oportet te fili
gaudere quia frat tu⁹ mortu⁹ fuerat et
reuixit: perierat et inuẽt⁹ est. Postcõ.

Sacramenti tui dñe diuina li-
batio penetralia nostri cor-
dis infundat: et sui nos participes
potenter efficiat. Per dñm. Sup

populũ. Humiliate capita. vẽ. dñe.
Familiã tuã q̃s dñe continua
pietate custodi: vt q̃ in sola
spe gratie celestis innitit / celesti
etiã protectione muniatur. p do.
Dñica tercia q̃dragesime. Offi.
Oculi mei semper ad dñm
quia ipse euellet de laqo
pedes meos: respice in
me et miserere mei quia
vnic⁹ et pauper sũ ego. ps. Ad te dñe
leuaui aĩam meã: deus meus in te
confido non erubescam. Oratio.
Quesumus oĩps deus: vota hu
milium respice: atq; ad defensi
onẽ nostrã/ dexterã tue maiestatis
extende. Per do. Ad ephesios. v. c.
Fratres. Estote imitatores
dei sicut filii carissimi: et am
bulate in dilectione sicut christus
dilexit nos: et tradidit semetipsũ
pro nobis oblationem et hostiam
deo in odorem suauitatis. Forni-
catio aũt et omis immũdicia/ aut
auaricia/ nec nominet in vobis si
cut decet sanctos: aut turpitudo/
aut stultiloquium/ aut scurrilitas
que adrem nõ pertinet/ sed magis
gratiarũ actio. Hoc autem scitote
intelligẽtes: quia omnis fornicator/
aut immundus / aut auarus / quod
est ydolorũ seruitus/ nõ habet he-
reditatẽ in regno xpi et dei. Nemo
vos seducat: inanibus verbis. Pro
pter hec eñ venit ira dei i filios dif
fidẽtie. Nolite ergo effici: pticipes
eorũ. Eratis eñ aliquãdo tenebre:
nũc autẽ lux in domino. Ut filii lu
cis ambulate. Fructus eñ lucis est
in omni bonitate et iusticia et veri
tate. Grad. Exurge dñe nõ preua
leat homo: iudicent gẽtes i cõspe-
ctu tuo. V. In cõuertendo inimicũ
meum retrorsum: infirmabuntur
et peribunt a facie tua. Tractus.

AD te leuaui oculos meos: q̄
hitas i celis. V. Ecce sicut o-
culi seruoꝝ: i manib⁹ dn̄oꝝ suoꝝ. V.
Et sicut oculi ācille: i manib⁹ dn̄e
sue V. Ita ocli nr̄i ad dn̄m deū no
strū donec misereatur nr̄i V. Mise
rere nobis dn̄e miserere miserere
nobis. Scd̄m lucam. xi. ca.
IN illo tp̄e: Erat iesus eiici-
ens demoniū: ⁊ illud erat mutum
Et cū eiecisset demoniū locut⁹ est
mutus: ⁊ admirate sūt turbe. Qui
dā autē ex eis: dixerunt. In beelze
bub principe demonioꝝ: eiicit de
monia. Et alii tentantes: signū de
celo q̄rebāt ab eo. Ipse autē vt vi-
dit cogitationes eoꝝ: dixit eis. Om̄
regnū i seipsū diuisū desolabitur:
et domus supra domū cadet Si au
tem et sathanas i seipsum diuisus
est: quō stabit regnū ipsius / q2 dici
tis in beelzebub eiicere me demo
nia? Si aūt ego i beelzebub eiicio
demonia: filii vestri in quo eiici-
unt? Ideo et ipsi iudices vr̄i erūt.
Porro si in digito dei eiicio demo
nia: pfecto peruenit in vos regnū
dei. Cum fortis armatus custodit
atriū suum: in pace sunt ea q̄ possi
det Si aūt fortior illo supueniens
vicerit eū: vniuersa arma eius au
feret in quibus cōfidebat / ⁊ spolia
eius distribuet Qui nō est mecum
aduersū me est Et qui non colligit
mecū: dispergit. Cū imūdus spūs
exierit ab hoie: ambulat per loca
inaquosa q̄rens requiē / et non in-
ueniens dicit. Reuertar in domū
meā. vnde exiui. Et cū venerit: in
uenit eā scopis mundatā. Tūc va
dit: et assumit septē alios spiritus
secū nequiores se / ⁊ ingressi habitāt
ibi. Et fiunt nouissima hois illius
peiora prioribus Factū est autem
cū hec diceret / extollēs vocem que
dā mulier de turba / dixit illi. Be-
atus venter qui te portauit: et vbe
ra q̄ suxisti. At ille dixit. Quinimo
Beati qui audiūt verbū dei: et cu
stodiūt illud. Offr. Iusticie dn̄i re
cte letificātes corda ⁊ dulciora su-
per mel et fauum: nam et seruus
tuus custodit ea. Secreta.
SUscipe q̄s dn̄e deuotoꝝ mu
nera famuloꝝ: et tua diuina pu-
rifica seruientes pietate mysteri-
is: quib⁹ etiā iustificas ignorātes
p. d. Cō. Passer inuenit sibi domū
⁊ turtur nidū vbi reponat pullos
suos altaria tua dn̄e virtutū rex me
us ⁊ de⁹ me⁹: bti qui hitāt i domo
tua i scl'a scl'i laudabūt te. Postcō.
A Cunctis nos dn̄e reatibus
et periculis propiciatus ab
solue: quos tanti misterii tribuis
esse participes. Per dominum.
¶ Feria scd̄a. Ad missā. Officium.
IN deo laudabo verbum
in dn̄o laudo sermonem
in deo speraui: non time
bo quid faciat michi hō.
Ps. Miserere mei de⁹ qm̄ conculca
uit me hō: tota die ipugnās tribu
lauit me. Flectam⁹. gc. Le. Oro.
COrdibus nostris q̄s domine
gratiam tuā benign⁹ infun
de: vt sicut ab escis carnalibus ab
stinemus: ita sensus quos nr̄os
a noxiis retrahamus excessibus.
Per do. Lectio libri regū. iiii. v. ca
IN diebus illis: Naaman pri
ceps militie regis syrie: erat
vir magnus apud dn̄z suū ⁊ hono
ratus Per illū eni dedit dn̄s salu-
tem syrie. Erat autē vir fortis ⁊ di
ues: sed leprosus. Porro de syria
egressi fuerāt latrunculi ⁊ captiuā
duxerant de terra israel puellā par
uulam q̄ erat i obsequio vxoris naa-
man. Que ait ad dn̄am suam: Uti

nam fuisset dñs meus ad prophe-
tam q̃ est in samaria: ꝑfecto curas-
set eũ a lepra quã habet. Ingressꝰ
est itaq̃ naamã ad dñm suũ: et nũ-
ciauit ei dicẽs. Sic et sic locuta est
puella: de t̃ra israel. Dixitq̃ ei rex
syrie. Uade: ⁊ mittã litteras ad re-
gẽ israel. Qui cũ ꝓfectus esset et
tulisset secũ decẽ talenta argẽti: et
sex milia aureos ⁊ decẽ mutatoria
vestimentoꝝ / detulit litteras ad
regẽ israel in hec verba. Cũ acce-
peris epystolã hanc / scito q̃ mise-
rim ad te naamã seruũ meũ: vt cu-
res eũ a lepra. Cũq̃ legisset rex is-
rael litteras: scidit vestimẽta sua
et ait. Nunq̃d deus ego sũ vt occi-
dere possi et viuificare: q: iste mi-
sit ad me vt curẽ hominem a lepra
sua. Aduertite ⁊ videte: quot oc-
casiones q̃rat aduersũ me. Qđ cũ
audisset helyseꝰ vir dei scidisse vi-
delicet regẽ israel vestimenta sua:
misit ad eũ dicẽs. Cur scidisti ve-
stimẽta tua? Ueniat ad me: et sci-
at ꝓphetã esse in israel. Uenit er-
go naamã cũ eq̃s et curribꝰ: et ste-
tit ad ostiũ domus helysei. Misit-
q̃ ad eũ helyseus nũciũ dicẽs. Ua-
de / et lauare septies in iordane: et
recipiet sanitatẽ caro tua atq̃ mũ-
daberis. Iratusq̃ naamã recede-
bat dicẽs. Putabã q̃ egrederetur ad
me: et stans inuocaret nomen dñi
dei sui / et tãgeret manu sua locũ
lepre / ⁊ curaret me. Nunq̃d nõ me-
liores sunt abana et pharfar flu-
uii damasci / oĩbus aq̃s israel vt la-
uer in eis et mũder? Cũ ergo ver-
tisset se ⁊ abiret indignãs: accesse-
rũt ad eũ serui sui / et locuti sũt ei.
Pater / et si rem grandẽ dixisset ti-
bi ꝓpheta: certe facere debueras.
Quanto magis q: nunc dixit tibi /
lauare et mũdaberis? Descẽdit et
lauit in iordane septies iuxta ser-
monẽ viri dei: et restituta est caro
eiꝰ sicut caro pueri paruuli / et mũ-
datus est a lepra. Reuersusq̃ ad
virũ dei cũ vniuerso comitatu suo
venit et stetit corã eo / et ait. Uere
scio q̃ non sit aliꝰ deus in vniuer-
sa terra: nisi tantũ dñs deus israel
Gr. Deꝰ vitã meã nũciaui tibi: po-
suisti lachrymas meas in cõspectu
tuo. Vꝰ. Miserere michi domine
quoniam conculcauit me homo:
tota die bellãs tribulauit me. Tr.

Domi̇e nõ sc̃dm pc̃tã nr̃a q̃ fe-
cimꝰ nos neq̃ sc̃dꝫ iniq̃tates
nr̃as retribuas nobis. Vꝰ Dñe ne
memineris iniq̃tatũ nr̃aꝝ antiqua-
rũ / cito anticipent nos mie tue / q:
pauperes facti sumus nimis. Hic
nõ fiat genuflexio cũ dicit V. Adiu-
ua nos deꝰ salutarꝫ noster: ⁊ ꝓpter
gl̃iaꝫ nominis tui dñe libera nos /
et ꝓpicius esto peccatis nostris propt
nomen tuum. Sc̃dm lucam. iiii

In illo tp̃e: Dixerunt pharisei ad iesum. Quãta audiui-
mus facta in capharnaũ: fac ⁊ hic
in patria tua. Ait aũt. Amen dico
vobis: q: nemo ꝓpheta acceptus
est in patria sua. In veritate dico
vobis: multe vidue erant in diebꝰ
helye in israel quando clausũ est
celũ annis tribus ⁊ mensibus sex:
cuꝫ facta esset fames magna in oĩ
terra. Et ad nullã illarũ missꝰ est
helyas nisi in sareptã sydonie ad
mulierẽ viduã. Et multi leprosi
erant in israel sub helyseo ꝓphe-
ta: et nemo eoꝝ mũdatus est nisi
naamã syrus. Et repleti sunt oẽs
in synagoga ira: hec audiẽtes. Et
surrexerũt / et eiecerunt illũ extra
ciuitatẽ: et duxerũt illũ vsq̃ ad su-
percilium montis / super quem ciui-
tas illoꝝ erat edificata: vt precipi-

pitarkeñ. Ipse aũt transiens: per medium illoꝝ ibat. Offr. Exaudi deus orationẽ meã et ne despexeris deprecationẽ meã: intende in me et exaudi me. V. Cõturbatus sũ a voce inimici et a tribulatione peccatoris / et expectabã eum qui salvum me faceret. Secreta

Munus quod tibi dñe nostre servitutis offerimus: tu salutare nobis perfice sacramẽtũ. Per dñz Cõio Quis dabit ex syon salutare israel: cũ auerterit dñs captiuitatẽ plebis sue exultabit iacob et letabitur israel. Postcommunio

Presta quesumus omnipotens et misericors deus: vt que ore contigimus / pura mente capiamus. Per dñm. Super populum Humiliate capita vestra deo

Subveniat nobis quesumus dñe misericordia tua: vt ab iminentibus peccatorũ nostroꝝ periculis te mereamur protegente eripi / te liberante saluari. Per dominũ nostrum iesum.

¶ Feria tercia. Ad missã. Officiũ

Ego clamaui quoniã exaudisti me deus: inclina aurẽ tuam et exaudi verba mea: custodi me domine vt pupillã oculi sub vmbra alaꝝ tuaꝝ protege me. V. Exaudi dñe iusticiã meam: intende deprecationem meam. Oremus Flectamus genua Leuate. Oratio.

Exaudi nos omnipotens et misericors deus: et cõtinentie salutaris propicius nobis dona concede. Per dominũ nostrũ. Lectio libri regum. iiii. iiii. capitu.

In diebus illis: Mulier quedam clamabat ad helyseum prophetam dicens. Servus tuus vir meus mortuus est: et tu nosti quia servus tuus fuit timens deum. Et ecce creditor venit: vt tollat duos filios meos ad serviendũ sibi. Cui dixit helyseus. Quid vis vt faciam tibi? Dic michi quid habes in domo tua? At illa respõdit. Non habeo ancilla tua quicquid in domo mea: nisi parum olei quo vngar. Cui ait. Vade et pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca. et ingredere domũ tuã / et claude hostium cum intrinsecus fueris tu et filii tui. Et mitte inde in omnia vasa hec: et cum plena fuerint tolles. Iuit itaqꝫ mulier et clausit ostiũ super se et super filios suos. Illi offerebant vasa: et illa infundebat. Cumqꝫ plena fuissent vasa: dixit ad filium suum. Affer michi adhuc vas. Et ille respondit. Nõ habeo. Stetitqꝫ oleum. Venit autem illa: et indicauit homini dei. Et ille. Vade (inquit) et vẽde oleum: et redde creditori tuo. Tu aũt et filii tui: viuite de reliquo. Gr. Ab occultis meis mũda me dñe: et ab alienis parce servo tuo. V. Si mei nõ fuerint dominati tũc imaculatus ero: et emundabor a delicto maximo. Secundũ matheũ. xviii

In illo tempore: Respiciens iesus in discipulos suos: dixit symoni petro Si peccauerit in te frater tuus: vade et corripe eũ inter te et ipsum solum. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuũ. Si autem te non audierit: adhibe tecum adhuc vnum vel duos / vt in ore duorum / vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos: dic ecclesie. Si autem ecclesiã non audierit: sit tibi sicut ethicus et publicanus. Amen dico vobis: quecunqꝫ

alligaueritis super terram: erunt ligata et in celo. Et quecunq; solueritis super terram: erunt soluta et in celo. Iterum dico vobis/ quia si duo ex vobis consenserint super terrā de omni re quancunq; petierint: fiet illis a patre meo qui in celis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorum. Tunc accedens petrus ad eum dixit. Domine quotiēs peccabit in me frater meus: et dimittā ei vsq; septies? Dixit illi iesus. Non dico tibi vsq; septies: sed vsq; septuagesies septies. Offer. Dextera dñi fecit virtutem dextera dñi exaltauit me nō moriar sed viuam et narrabo opera dñi. ℣. In tribulatione inuocaui dñm et exaudiuit me in latitudine qm̄ dñs adiutor meus est. Se.

Per hec veniat quesumus domine sacramenta nostre redemptionis effectus: qui nos et ab humanis retrahat semper excessibus: et ad salutaria cūcta perducat. Per dñm. Cōio. Dñe quis hītabit i tabernaculo tuo aut quis requiescet i mōte sācto tuo: q̄ igreditur sine macula et opatur iusticiā.

Sacris dñe mysteriis. Pcōio
expiati: et veniā quesumus consequamur et gratiam. Per dominū nostrum. Super populum Humiliate capita vestra deo. Oro.

Tua nos dñe protectione defende: et ab omī semper iniquitate custodi. Per dominum nostrum iesum christum filī. tu. Qui.

Feria quarta. Ad missam Offi.

Ego autem in dño speraui: exultabo et letabor in tua misericordia quia respexisti humilitatem meā. ℣. In te dñe speraui non confūdar i eternū: in iusticia tua libera me. Gloria patri. Oremus Flectamus genua Leuate. Oratio.

Presta nobis dñe: vt salutaribus ieiuniis eruditi: a noxiis quoq; viciis abstinentes: propiciationem tuā facilius impetremus. Per dominū nostrum iesū.

Lectio libri exodi. xx. capitulo.

Hec dicit dominus deus: honora patrem tuum et matrē tuam vt sis longeuus super terram: quam dominus deus tu⁹ dabit tibi. Non occides/ non mechaberis: non furtum facies non loqueris contra proximum tuū falsum testimonium. Non concupisces domum proximi tui/ nec desiderabis vxorem eius: non seruū/ non ancillam/ non bouem/ non asinum/ nec omnia que illius sūt. Cunctus autem populus audiebat voces/ et videbat lampades/ et sonitum buccine/ montemq; fumigantē. Et perterriti ac pauore percussi: steterunt procul dicentes moysi. Loquere tu nobis: et audiemus. Nō loquamur nobis dominus: ne forte moriamur. Et ait moyses ad populum. Nolite timere. Ut enim probaret vos venit deus: et terror illius esset in vobis et non peccaretis. Stetitq; populus de longe moyses autem accessit ad caliginem in qua erat deus. Dixitq; preterea dominus ad moysem. Hec dices filiis israel. Uos vidistis q̄ de celo: locutus sum vobis. Non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis michi: et offeretis super illud olocausta et pacifica vestra. Oues vestras/ et boues: i omni loco in quo memoria fuerit nois mei.

Gr. Miserere michi dñe qm̄ infirmus sum sana me domine. V. Conturbata sunt oīa ossa mea et anima mea turbata est valde Tractus.

De necessitatibus meis eripe me dñe vide hūilitatē meā et laborē meū et dimitte omnia peccata mea. V. Ad te dñe leuaui aīaʒ meā: deus meus in te confido non erubescā/neqȝ irrideant me inimici mei. V. Etenim vniuersi q̄ te expectāt nō cōfūdētur: cōfūdātur oēs facientes vana. Secūdum matheum. xv.

In illo tempore: accesserunt ad iesum ab hierosolimis scribe et pharisei: dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas: cum panem manducant. Ipse autem respondens: ait illis. Quare et vos transgredimini mādatum dei: propter traditionem vestram? Nam deus dixit. Honora patrem: et matrem Et qui maledixerit patri vel matri: morte moriatur. Vos autem dicitis: quicunqȝ dixerit patri vel matri munus quodcunqȝ est ex me tibi proderit: et non honorificabit patrem suum et matrē suā: et irritum fecistis mandatum dei propter traditionē vestram. Hypocrite: bene prophetauit de vobis ysaias propheta/dicens. Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe est a me Sine causa autem colunt me: docentes doctrinas ac mandata hominū. Et conuocatis ad se turbis: dixit eis. Audite et intelligite Non quod intrat in hos coinquinat hominem sed quod procedit ex ore/hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius: dixerunt ei. Scis quia pharisei audito hoc verbo/ scandalizati sunt. At ille respondens: ait. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus celestis: eradicabitur. Sinite illos: ceci sunt / duces cecorum. Cecus autem si ceco ducatum prestet ambo in foueam cadunt. Respondens autem petrus: dixit ei. Edissere nobis parabolam istam? At ille dixit. Adhuc et vos sine intellectu estis? Non intelligitis quia omne quod in os intrat: in ventrem vadit et in secessum emittitur? Que autem procedunt de ore de corde exeunt: et ea coinquinant hominē. De corde enim exeunt cogitationes male: homicidia/adulteria / fornicationes / furta/falsa testimonia/blasphemie. Hec sūt: que coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare: non coinquinat hominē. Offr. Dñe fac mecū misericordiaʒ tuam propter nomē tuū: quia suauis est misericordia tua. V. Deus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris et os dolosi super me apertū est

Suscipe quesumus. Secreta domine preces populi tui cū oblationibus hostiarum: et tua mysteria celebrantes ab omnibus nos defēde periculis. p. d. Cōmunio Notas michi fecisti vias vite: adimplebis me leticia cum vultu tuo domine. Postcommunio.

Sanctificet nos quesumus domine qua pasti sumus mensa celestis: et a cūctis erroribus expiatos supernis promissionibus reddat acceptos. Per dominum Sup populum. Humiliate capita vr̄a deo.

Concede quesumus omnipotens deus: vt qui protectionis tue gratiam querimus: liberati a malis omnibus/secura ti

diment: seruiamus Per dominũ
¶ Feria quinta. Ad missam. Offi.
Salus populi ego sum di
citdñs: de quacunq̃ tri
bulatione clamauerint
ad me exaudiam eos et
ero illorũ dñs in ppetuũ. ps. Atten
dite popule meus legẽ meã: incli
nate aurem vestram in verba oris
mei. Gloria. Oremus. Flectam⁹
genua leuate Oratio.
Concede quesumus omnipo
tens deus: vt ieiuniorũ no
bis sancta deuotio: et purificatio
nem tribuat/ et maiestati tue nos
reddat acceptos. Per dominum.
Lectio hieremie prophete. vii. ca.
In diebus illis: Fact⁹ est ser
mo domini ad me dicẽs Sta
in porta domus domini: et predi
ca ibi verbum istud/ et dic. Audite
verbum domini omnis iuda: qui
ingredimini per portas has vt ado
retis dominum Hec dicit dñs exer
cituum: deus israel. Bonas facite
vias vestras et studia vestra: et
habitabo vobiscum in loco isto.
Nolite confidere in verbis men
dacii dicentes: templũ domini tẽ
plum dñi/ tẽplũ domini est. Quo
niam si bene direxeritis vias ve
stras et studia vestra: si feceritis
iudiciũ inter virum et proximum
eius aduene et pupillo et vidue nõ
feceritis calũniam/ nec sãguinem
innocentẽ effuderitis in loco hoc:
et post deos alienos nõ ambula
ueritis in malũ vosmetipsis: ha
bitabo vobiscũ in loco isto in terra
quã dedi patribus vr̃is/ a seculo
et in seculũ Dicit dñs omnipotens
Gr. Oculi omnium in te sperant
domine: et tu das illis escã in tem
pore oportuno. V. Aperis tu ma
num tuã: et imples oẽ animal be
nedictione. Secũdum iohãnẽ. vii
In illo tempore: Dixit iesus
turbis iudeorũ. Operamini
non cibũ qui perit sed qui perma
net in vitam eternã/ quam filius
hominis dabit vobis. Hunc enim
pater: signauit deus Dixerunt er
go ad eum. Quid faciemus vt ope
remur opera dei? Respondit ies⁹:
et dixit eis Hoc est opus dei: vt cre
datis in eum quem misit ille. Di
xerũt ergo ei. Quod ergo tu facis
signum: vt videamus et creda
mus tibi? Quid oparis? Patres
nostri manducauerunt mãna i de
serto: sicut scriptũ est. Panẽ de ce
lo dedit eis manducare. Dixit er
go eis iesus. Amen amen dico vo
bis: non moyses dedit vobis pa
nem de celo: sed pater me⁹ dat vo
bis panẽ de celo verũ. Panis enĩ
dei est qui descẽdit de celo: et dat
vitam mundo. Dixerunt ergo ad
eũ Dñe/ semper da nobis hunc pa
nem. Dixit autẽ eis iesus Ego sũ
panis vite. Qui venit ad me: non
esuriet. Et q̃ credit i me: non sitiet
vnq̃. Offẽ. Si ãbulauero in me
dio tribulationis viuificabis me
dñe: et sup irã inimicorũ meorũ ex
tẽdes manũ tuã: et saluũ me fecit
dextera tua. ps. In quacũq̃ die inuo
cauero te exaudi me dñe multiplicabis
in aĩa mea virtutẽ tuam. Secreta
Hac nos dñe quesum⁹ ad san
cta mysteria purificatis mẽ
tibus accedere: vt tibi semper com
petẽs deferamus obsequiũ Per. d
Cõio. Tu mãdasti mãdata tua cu
stodiri nimis: vtinã dirigãtur vie
mee ad custodiendas iustificatio
nes tuas. Postcommunio.
Sacramenti tui domine vene
randa perceptio: et mystico nos
mundet effectu: et perpetua virtu

te defendat. Per dn̄m. Super po-
pulum. Humiliate capita. de. Oro.
Subiectum tibi populū que
sumus domine propiciatio
celestis amplificet: et tuis semper
faciat seruire mandatis. Per. do.
¶ Feria sexta. Ad missam. Officiū
Fac mecum dn̄e signū in
bonum vt videant qui
me oderunt et confun-
dantur quoniā tu domi
ne adiuuisti me et consolatus es
me. Ps. Inclina dn̄e aurem tuam
et exaudi me: qm̄ inops et pauper
sum ego. Flectamus. ge. Le. Oro.
Ieiunia nostra q̄sumus do-
mine benigno fauore prose-
quere: vt sicut ab alimentis absti
nemus in corpore / ita a viciis ieiu
nemus in mente. Per dominum.
Lectio libri numeri. xx. capitulo.
In diebus illis Cōuenerunt
filii israel aduersum moysē
et aaron: et versi in seditionem di
xerunt. Date nobis aquam vt bi-
bamus. Ingressiq̄ moyses et aa
ron dimissa multitudine ante ta-
bernaculum federis: corruerunt
proni in terram / clamaueruntq̄
ad dn̄m / atq̄ dixerunt. Dn̄e deus
exaudi clamorem populi huius: et
aperi eis thesaurū tuum fontem
aque viue / vt satiati cesset mur-
muratio eorum Et apparuit glo-
ria domini: super eos. Locutusq̄
est dn̄s ad moysem dicens. Tolle
virgam et congrega populum tu
et aaron frater tuus: et loquimi-
ni ad petram coram eis / et illa da
bit aquas. Cumq̄ eduxeris aquā
de petra: bibet omnis multitudo
et iumēta eius. Tulit igitur moy
ses virgam que erat in conspectu
domini sicut preceperat ei: congre
gata omni multitudine ante pe-
tram / dixit eis. Audite rebelles
et increduli. Nū de petra hac vo-
bis aquam poterimus eiicere?
Cumq̄ eleuasset moyses manum
percutiens virga bis silicē: egres-
se sunt aque largissime / ita vt po-
pulus biberet et iumenta. Dixit
q̄ dominus ad moysem et aaron
Quia non credidistis michi vt sā-
ctificaretis me coram filiis israel:
non introducetis hos populos in
terram quam dabo eis. Hec est a-
qua cōtradictionis vbi iurgati sūt
filii israel cōtra dn̄m: et sāctificat⁹
est ī eis. Grad. In deo sperauit cor
meum ꝫ adiutus sum et refloruit
caro mea: et volūtate mea confite
bor illi. V̄sus. Ad te domine clama
bo deus meus: ne sileas / ne disce
das a me. Tractus.
Domine nō secundum peccata
nostra que fecimus nos: neq̄ sc̄dm
iniq̄tates nr̄as retribuas nobis. V̄
Dn̄e ne memineris iniquitatū no
strarū ātiquarū cito āticipēt nos
mie tue quia pauperes facti sum⁹
nimis. Hic non fiat genu flexio cū
dicitur V̄sus. Adiuua nos deus sa
lutaris noster: et propter gloriam
nominis tui dn̄e libera nos / ꝫ pro
picius esto peccatis nr̄is ꝑpter no
mē tuū. Se. sc̄di iohannem. iiii. c.
In illo tempore: Uenit iesus
in ciuitatem samarie que di
citur sychar: iuxta predium quod
dedit iacob ioseph filio suo. Erat
autem ibi fons iacob. Iesus ergo
fatigatus ex itinere: sedebat sic su
per fontem. Hoc autem erat:
quasi sexta. Uenit mulier de sa-
maria: haurire aquam Dicit ei ie
sus. Da michi bibere. Discipuli
enim eius abierant in ciuitatem:
vt cibos emerent Dixit ergo ei mu
lier illa samaritana. Quomodo

tu iudeus cum sis: bibere a me poscis que sum mulier samaritana? Non enim coutuntur iudei samaritanis. Respondit iesus: et dixit ei. Si scires donum dei/ et quis est qui dicit tibi da michi bibere: tu forsitan petisses ab eo/ et dedisset tibi aquam viuam. Dixit ei mulier. Domine/ neque in quo haurias habes et puteus altus est. Unde ergo habes aquam viuam? Numquid tu maior es patre nostro iacob qui dedit nobis puteum: et ipse ex eo bibit et filii eius/ et peccora eius? Respondit iesus: et dixit ei. Omnis qui bibit ex aqua hac: sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei: non sitiet in eternum. Sed aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Dixit ad eum mulier. Domine da michi hanc aquam ut non sitiam: neque veniam huc haurire? Dixit ei iesus. Uade/ voca virum tuum: et veni huc. Respondit ei mulier: et dixit. Non habeo virum. Dixit ei iesus. Bene dixisti quia non habeo virum. Quinque enim viros habuisti. et nunc quem habes non est tuus vir. Hoc vere dixisti. Dixit ei mulier. Domine video quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt: et vos dicitis/ quia hierosolymis est locus ubi adorare oportet. Dixit ei iesus. Mulier crede michi: quia veniet hora quando neque in monte hoc/ neque in hierosolymis adorabitis patrem. Uos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus/ quia salus ex iudeis est. Sed venit hora et nunc est: quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate. Nam et pater tales querit: qui adorent eum. Spiritus est deus/ et eos qui adorant eum: in spiritu et veritate oportet adorare. Dixit ei mulier. Scio quia messias venit: qui dicitur christus. Cum ergo venerit: ille nobis annunciabit omnia. Dixit eis iesus. Ego sum qui loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli eius: et mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit ei quid queris: aut quid loqueris cum ea? Reliquid ergo hydriam suam mulier: et abiit in ciuitatem/ et dixit illis hominibus. Uenite et videte hominem: qui dixit michi omnia quecunque feci. Numquid ipse est christus? Exierunt ergo de ciuitate: et veniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli dicentes. Rabbi manduca. Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare: quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad inuicem. Numquid aliquis attulit ei manducare? Dixit eis iesus. Meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me: ut perficiam opus eius. Nonne vos dicitis quia adhuc quattuor menses sunt et messis venit? Ecce dico vobis leuate oculos vestros et videte regiones: quia albe sunt iam ad messem. Et qui metit mercedem accipit: et congregat fructum in vitam eternam. Ut et qui seminat simul gaudeat: et qui metit. In hoc enim est verbum verum: quia alius est qui seminat/ et alius est qui metit. Ego misi vos metere quod non laborastis. Alii laborauerunt: et vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum samaritanorum: propter verbum mulieris testimonium perhibentis/ quia dixit michi omnia quecunque feci.

Cum venissent ergo ad illum samaritani: rogauerunt eum vt ibi maneret. Et mansit ibi duos dies Et multo plures crediderunt in eum propter sermonē eius: et mulieri dicebant / quia iam non propter tuam loquelā credimus. Ipsi enim audiuimus et scimus: qa hic est vere saluator mundi. Offer. Intēde voci orōnis mee rex meus et deus meus: qm̄ ad te orabo dn̄e ℣. Verba mea auribus percipe domine intellige clamorem meum/ et exaudi me. Secreta.

Respice domine propicius ad munera que sacramus: vt et tibi grata sint/ ⁊ nobis salutaria semper existāt. Per dn̄m. Cōio. Qui biberit aquā quā ego do dicit dn̄s samaritane: fiet in eo fōs aque salientis in vitam eternam. Postcō.

Huius nos domine perceptio sacramenti mundet a crimine: et ad celestia regna perducat. Per dominū. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio

Presta quesumus oīpotens deus: vt qui in tua protectione confidimus/ cuncta nobis aduersantia te adiuuante vincamus. Per dominū nostrum iesū

¶ Sabbato. Ad missam. Officiū.

Verba mea auribus percipe domine intellige clamorem meum: intēde voci orationis mee. ℣. Rex meus: et deus meus. Glia Oremus Flectamus genua Leuate

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui se affligendo carnem ab alimentis abstinent: sectando iusticiam a culpa ieiunent. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. q̄ te. Lectio danielis prophete. xiii. ca.

In diebus illis: Erat vir in babilōe: ⁊ nomē eius ioachim Et accepit vxorem nomine susannam filiam helchie: pulchram nimis/ et timentē deum. Parentes autem illius cum essent iusti: erudierunt filiā suā secūdū legē moysi. Erat autem ioachim diues valde: et erat ei pomeriū vicinum domui sue. Et ad ipsum confluebāt iudei: eo q̄ esset honorabilior omniū. Et constituti sunt duo senes iudices in anno illo: de quibus locutus est dn̄s: q2 egressa est iniquitas de babilone a senioribus iudicibus qui videbantur regere populum. Isti frequentabant domum ioachim: et veniebant ad eos oēs qui habebant iudicia. Cum autem populus reuertisset post meridiem: ingrediebatur susanna ⁊ deambulabat in pomerio viri sui Et videbant eam senes quotidie ingredientē et deambulantem: et exarserunt in concupiscentiā eius. Et auerterunt sensum/ et declinauerunt oculos suos vt non viderent celum: neq̄ recordarentur iudiciorum iustorū. Factum est autem cum obseruarent diem aptum quando eam possent inuenire solam: ingressa est aliquando sicut heri: et nudiustercius cū duabus solis puellis / voluitq̄ lauari in pomerio. Estus quippe erat. Et non erat ibi quisq̄: preter duos senes absconditos/ contemplantes eam. Dixit ergo puellis. Afferte michi oleum et smigmata: ⁊ ostia pomerii claudite / vt lauer. Cum autem egresse essent puelle: surrexerunt duos senes / et accurrerunt ad eam / et dixerunt. Ecce ostia pomerii clausa sūt: et nemo nos videt. Quāobrem/ assentire

nobis:et cōmiscere nobiscū. Quod si
nolueris/dicem⁹ testimoniū cōtra
te:q̄ fuerit tecū iuuenis/& ob hāc
causā emiseris puellas a te. Inge
muit susanna:et ait. Angustie mi-
chi sunt vndiq̄. Si enī hoc egero
mors michi est:si aūt nō egero nō
effugiā manus vestras. Sed meli⁹
michi est absq̄ ope incidere in ma
nus vras:q̄ peccare in cōspectu do
mini. Et exclamauit voce magna
susanna:exclamauerunt autē & se
nes aduersus eam. Cū autē audis-
sent clamorē in pomerio famuli do
mus:irruerunt per posticū vt vide
rent quidnam esset. Postq̄ aūt se
nes locuti sunt:erubuerūt serui ve
hementer/q: nunq̄ dictus fuerat
sermo huiuscemodi de susanna. Et
facta est dies crastina. Cumq̄ ve-
nisset populus ad virū eius ioachī
venerunt et duo presbyteri pleni
iniqua cogitatione aduersus susā
nā vt interficerent eā. Et dixerunt
corā populo. Mittite ad susannam
filiā helchie vxorem ioachī. Et sta-
tim miserunt. Et venit cū parenti
bus & filiis:et vniuersis cognatis
suis. Flebāt igitur sui:et oēs qui
nouerant eā. Cōsurgētes aūt duo
presbyteri in medio populi:posue
rūt manus suas super caput eius
Que flens suspexit ad celū. Erat
aūt cor eius fiduciā habēs in dn̄o
Et dixerunt presbyteri. Cū deam
bularemus in pomerio soli:ingres-
sa est hec cū duabus solis puellis
et clausit ostia pomerii et dimisit
a se puellas. Venit itaq̄ ad eā ado
lescens q̄ erat absconditus:& cōcu
buit cū ea. Porro nos cū essemus
in angulo pomerii videntes iniq̄
tatē:cucurrimus ad eos & vidim⁹
eos pariter cōmisceri. Et illum qui
dem nequiuimus cōprehēdere:q:

fortior nobis erat/et aperto ostio
exiuit. Hanc aūt cū apprehendis-
semus:iterrogauim⁹ quisnā esset
adolescēs/& noluit indicare nobis
Huius rei testes sumus. Credidit
eis multitudo quasi senibus & iu
dicibus populi:et cōdēnauerunt
eā ad mortē. Exclamauit aūt vo-
ce magna susāna:& dixit. De⁹ eter
ne qui abscōditorum es cognitor:
quod nosti oīa anteq̄ fiant/scis
qm̄ falsū cōtra me tulerunt testio-
niū. Et ecce morior cū nichil horū
fecerim:q̄ isti maliciose cōposuerūt
aduersū me. Exaudiuit autē dn̄s
vocem eius. Cūq̄ duceretur ad mor
tem suscitauit deus spm̄ pueri iu-
nioris cui nomen daniel. Et excla
mauit voce magna. Mūd⁹ ego sū
a sanguine hui⁹. Et cōuersus oīs
popls ad eū dixit. Quis est sermo
iste quem tu locut⁹ es? Qui cū sta
ret in medio eorū:dixit. Sic fatui
filii isael non iudicantes/neq̄ qđ
verū est cognoscētes:cōdemnastis
filiā israel. Reuertimini ad iudici
um:quia falsū testioniū locuti sūt
aduersus eam. Reuersus est ergo
popls cū festinatione:et dixit ad
eos daniel. Separate eos ab inui
cem procul. et diiudicabo eos. Cū
ergo diuisi essent alter ab altero:
vocauit vnū de eis/et dixit ad eū
Inueterate dierū malorū nunc ve
nerunt pctā tua q̄ operabaris pri⁹
iudicās iudicia iniusta/innocētes
opprimēs et dimittens noxios:di
cente dn̄o. Innocentē et iustū:nō
interficies. Nunc ergo si vidisti eā:
dic sub qua arbore videris eos col-
loquentes sibi. Qui ait. Sub scino
Dixit autē daniel. Recte mētitus
es:in caput tuū. Ecce enī angelus
dn̄i accepta sententia ab eo:scindet
te medium. Et amoto eo:iussit ve-

nire alium/et dixit ei. Semen cha
naã et non iuda: species decepit te
et concupiscẽtia subuertit cor tuũ
Sic faciebatis filiabus israel: et il
le timentes loq̃bant̃ vobis Sz nõ
filia iuda sustinuit iniquitatem ve
stram. Nũc ergo dic michi: sub qua
arbore cõprehenderis eos loquẽtes
sibi. Qui ait. Sub prino. Dixit au
tem ei daniel. Recte mẽtitus es et
tu in caput tuũ. Manet enĩ ange-
lus dñi gladiũ habens vt secet te
medium: et interficiat vos. Excla
mauit itaq̃ oĩs cet⁹ voce magna
et bñdixerunt deũ qui saluat sperã
tes in se. Et consurrexerũt aduer-
sus duos presbyteros (Cõuicerat
enĩ eos daniel ex ore suo: falsũ di-
xisse testimoniũ) Feceruntq̃ eis si
cuti male egerant aduersus proxi
mã: et iterfecerũt eos. Et saluat⁹
est sãguis inoxi⁹: ĩ die illa. Gr. Si
ambulẽ ĩ medio vmbre mortis nõ
timebo mala qm̃ tu mecũ es dñe.
℣. Virga tua et baculus tuus ipsa
me cõsolata sunt. Scdm̃ ioh. viii.

IN illo tp̃e. Perrexit iesus in
montem oliueti: et diluculo
iterũ venit in templũ. Et oĩs po-
pulus venit ad eũ: et sedens doce-
bat eos. Adducũt aũt scribe ⁊ pha
risei mulierẽ in adulterio deprehẽ
sam: ⁊ statuerunt eã in medio/ ⁊ di
xerũt ei. Magister: hec mulier mo
do deprehensa est in adulterio. In
lege aũt moyses mandauit nobis
huiusmodi lapidare. Tu ergo qd
dicis? Hoc aũt dicebãt tẽtãtes eũ
vt possent accusare eũ. Iesus autẽ
inclinans se deorsũ: digito scribe-
bat in terra. Cũ autẽ perseuerarẽt
interrogantes eũ: erexit se/ ⁊ dixit
eis. Qui sine pctõ est vestrũ: pmus
in illã lapidem mittat. Et iterũ se
iclinãs: scribebat in terra. Audiẽ

tes autẽ hec vnus post vnum exi-
bant/ incipiẽtes a senioribus. Et
remansit solus iesus. et mulier in
medio stans. Erigẽs autẽ se iesus
dixit ei. Mulier vbi sunt qui te ac-
cusabant? Nemo te condemnauit
Que dixit. Nemo dñe. Dixit autẽ
ei ies⁹. Nec ego te cõdẽnabo. Vade
et iã ãpli⁹ noli peccare. Off. Gres
sus meos dirige dñe scd̃z eloquiũ
tuũ: vt nõ dñet̃ mei oĩs iniusticia
dñe. ℣. Declaratio sermonũ tuorũ
illuiat me: ĩtellectũ dat puulis. Se.

EFficiatur hec hostia q̃s dñe
solennibus grata ieiuniis:
⁊ vt tibi fiat acceptior/ purificatis
mentibus imolet̃. Per do. Cõio.
Nemo te cõdẽnauit mulier. nemo
dñe. nec ego te condẽnabo: iã am-
plius noli peccare. Postcõio.

QUesumus oñs deus: vt inter
eius membra numeremur: cuius
corpori cõicauimus et sanguini:
iesu xp̃i filii tui dñi nr̃i. Qui tecũ.
Sup populũ. Humiliate capi. Orõ.

PAtefiant dñe fidelibus tu-
is dexterã celestis auxiliũ: vt
te toto corde perq̃rant/ et q̃ digne
postulant cõsequi mereantur. p. d.
Dñica media q̃dragesime offi.

LEtare hierusalẽ: et con-
uentũ facite oẽs qui di-
ligitis eã: gaudete cũ
leticia qui ĩ tristicia fui
stis: vt exultetis ⁊ satiemini ab vbe
ribus cõsolationis vr̃e. ℣. Letatus
sũ in his que dicta sunt michi: in do
mum domini ibimus. Oratio.

COncede q̃s omĩps deus / vt
qui ex merito nr̃e actionis
affligimur: tue gr̃e cõsolatione re
spiremus. p. d. Ad galathas. iiii. c.

FRatres: Scriptũ est: quoni
am abraham duos filios ha
buit. Vnũ de ancilla: et vnũ de li-

bera. Sed qui de ancilla: secūdum car
nē nat⁹ est. Qui autē de libera: per
repromissionē. que sūt per allego
riā dicta. Hec enī sūt duo testamē
ta. Vnū quidē in mōte syna in ser-
uitutē generās: q̄ est agar. Syna
enī mons est in arabia: qui cōiun-
ctus est ei q̄ nunc est hierl'm: et ser
uit cū filiis suis. Illa autē q̄ sursū
est hierl'm libera est: que est mater
nostra. Scriptū est enī. Letare ste
rilis que non paris: erumpe et cla
ma que non parturis / q: multi fi-
lii deserte magis q̄ eius que ha-
bet virū. Nos autē fratres: secūdum
ysaac ꝓmissionis filii sumus. Sed
quomodo tunc qui secūdum carnem
natus fuerat persequebatur eū qui
secundū spiritū: ita et nunc. Sed quid
dicit scriptura? Ejice ancillā et fi-
lium eius. Non enī heres erit fili⁹
ancille: cum filio libere. Itaq fra-
tres / non sumus ancille filii: sed
libere. Qua libertate: xp̄s nos li-
berauit. Gr. Letat⁹ sū in his q̄ di
cta sūt michi: in domū dñi ibimus
ꝟ. Fiat pax i virtute tua ꝛ abūdā-
tia i turribus tuis. Tractus
Qui cōfidūt i dño sicut mōs sy
on nō cōmouebit i eternū q̄ hitat in
hierl'm. ꝟ. Mōtes in circuitu ei⁹ ꝛ
dñs i circuitu ppl'i sui ex hoc nūc ꝛ
vsq i seculū. Secūdum iohānē. vi.
In illo tpe: Abiit iesus trans
mare galilee: qd̄ est tyberia-
dis. Et sequebat eū multitudo ma-
gna: q: videbant signa q̄ faciebat
sup his q̄ infirmabant. Subiit er
go in montē iesus: et ibi sedebat
cū discipulis suis. Erat autē pxi-
mū pascha: dies festus iudeoꝝ. Cū
subleuasset ergo oculos iesus ꝛ vi
disset q: multitudo maxima venit
ad eum: dixit ad philippū. Vnde
ememus panes vt manducent hij?
Hoc autē dicebat: tentans eum.
Ipse enī sciebat: quid esset factu-
rus. Respondit ei philippus. Du
centoꝝ denarioꝝ panes non suffi-
ciunt eis: vt vnusquisq modicū qd̄
accipiat. Dicit ei vnus ex discipu-
lis eius: andreas frater symonis
petri. Est puer vnus hic qui ha-
bet quinq panes ordeaceos: ꝛ du
os pisces. Sed hec quid sūt inter
tantos? Dixit ergo iesus. Facite
hoīes discūbere. Erat autē fenū
multū in loco. Discubuerūt ergo
viri: numero quasi quinq milia.
Accepit ergo ies⁹ panes: ꝛ cū gra-
tias egisset: distribuit discūbenti-
bus. Similiter et ex piscibus: q̄tū
volebant. Vt autē impleti sūt: dixit di-
scipulis suis. Colligite q̄ superaue
rūt fragmēta: ne pereāt. College
rūt ergo ꝛ impleuerūt duodecim co
phinos fragmentoꝝ: ex quinq pa
nibus ordeaceis q̄ supfuerunt his
q̄ manducauerāt. Illi ergo hoīes
cū vidissent qd̄ ies⁹ fecerat signū: di
cebāt. Q: hic est vere ꝓpheta: qui
ventur⁹ est in mūdū. Offr. Lauda
te dñm q: benign⁹ est: psallite no-
mini eius qm̄ suauis est: oīa q̄cūq
voluit fecit in celo ꝛ in terra. Sec.
Annue nobis q̄s dñe: vt ꝛ di
uinis semper solēnitatibus
occupemur: ꝛ mysteriis sacris mē
te pariter congruamur ꝛ corpore
p d. Pfatio quotid. Cōio. Hierusa-
lē q̄ edificat vt ciuitas / cuius par-
ticipatio eius i idipsū: illuc enī ascē
derūt tribus trib⁹ dñi ad cōfiten-
dū nomini tuo domine. Postcōm
Da nobis q̄sum⁹ misericors
Deus: vt sancta tua quibus
incessanter explemur: sinceris tra
ctemus obsequiis / et fideli semper
mente sumamus. Per dñm nrm.
Feria .ii. Ad missā. Officium.

DEus in noie tuo saluũ
me fac ꝫ ĩ virtute tua iu
dica me: de⁹ exaudi orõ
nẽ meã. ℣ Qm̃ alieni i-
surrexerunt aduersũ me: et fortes
quesierũt aiaz meã. Flectam⁹. Or
PResta q̃s omĩps deus: vt ob
seruationes sacras annua
deuotione recolẽtes: et corpore ti
bi placeamus ꝫ mente. Per domi
num. Lectio libri regum. iii. iiii. c.

IN diebus illis Venerũt due
mulieres meretrices ad re-
gem salomonẽ: steterũtq̃ corã eo
Quarũ vna ait. Obsecro mi dñe
ego et mulier hec habitabam⁹ in
domo vna: et peperi apud eam in
cubiculo. Tertia vero die postq̃
ego peperi: peperit et hec. Et era-
mus simul: null⁹q̃ alt⁹ ĩ domo no
biscũ/ exceptꝫ nobis duab⁹. Mor
tuus est autẽ filius mulieris hui⁹
nocte: dormiens quippe oppressit
eũ. Et cõsurgẽs intẽpeste noctis
silentio: tulit filiũ meũ de latere
meo ancille tue dormiẽtis/ et col-
locauit in sinu suo. Suũ aũt filiũ
qui erãt mortuus: posuit in sinu
meo. Cũq̃ surrexissẽ mane vt da-
rem lac filio meo: apparuit mor-
tuus. Quẽ diligenti⁹ intuens cla
ra luce: deprehendi non esse meũ
quẽ genuerã. Rñditq̃ altera mu-
lier. Nõ est ita vt dicis: sed fili⁹ tu
us mortuus est/ meus autẽ viuit.
Ecõtrario illa dicebat. Mentiris
Filius q̃ppe me⁹ viuit: ꝫ fili⁹ tu⁹
mortu⁹ est. Atq̃ in hũc modũ cõtẽ
debãt corã rege. Tunc rex ait. Hec
dicit. Fili⁹ me⁹ viuit: ꝫ fili⁹ tuus
mortu⁹ est. Et ista respõdit. non.
sed fili⁹ tu⁹ mortu⁹ est: meus aũt
viuit. Dixit ergo rex. Afferte michi gla
diũ. Cũq̃ attulissent gladiũ corã
rege: ait. Diuidite infantẽ viuũ ĩ du
as partes: ꝫ date dimidiã partem
vni/ ꝫ dimidiã partẽ alteri. Dixit
aũt mulier cui⁹ fili⁹ erat viu⁹ ad
regẽ (Commota sũt q̃ppe viscera
ei⁹: sup filio suo) Obsecro dñe/ da
te illi infantẽ viuũ: ꝫ nolite interficere
eũ. Ecõtrario illa dicebat. Nec mi
chi nec tibi sit: sed diuidat. Rñdit
rex: et ait. Date huic infantẽ viuũ
et nõ occidat. Hec est ei mater ei⁹
Audiuit itaq̃ oĩs israel iudiciũ qđ
iudicasset rex: ꝫ timuerũt regẽ vi
dẽtes sapientiã dei esse in eo: ad fa
ciendũ iudiciũ. Gr. Esto michi in
deũ ꝓtectorẽ et in locũ refugii vt
saluũ me facias. ℣ Deus in te spe
raui dñe nõ cõfundar in eternũ. Tr.

DOmie nõ scđm peccata no
stra q̃ fecim⁹ nos: neq̃ scđ
dũ iniquitates nostras retribuas
nobis. ℣ Dñe ne memineris iniq̃
tatũ nostrarũ antiquarũ/ cito an
ticipẽt nos misericordie tue/ quia
pauperes facti sum⁹ nimis. Hic ꝑ
fiat genuflexio cũ dicit ℣. Adiuua
nos deus salutaris nr̃: ꝫ propter
gloriã nominis tui domie libera
nos/ ꝫ ꝓpicius esto pctĩs nostris ꝓ
pter nomen tuum. ℣. Iohẽm. ii. c.

IN illo tẽpore: Prope erat pa
scha iudeorũ: ꝫ ascẽdit iesus
hierosolymã. Et inuenit in tẽplo
vendentes oues et boues et colũ
bas. et nũmularios sedentes. Et
cũ fecisset quasi flagellum de funi
culis: oẽs eiecit de tẽplo. Oues q̃-
q̃ et boues: ꝫ nũmulariorum effu
dit es/ et mẽsas subuertit. Et his
qui columbas vendebãt: dixit. Au
ferte ista hinc: et nolite facere do-
mũ patris mei domũ negociatio-
nis. Recordati vero sunt discipu-
li eius: q̃r scriptũ est. zelus domus
tue comedit me. Respõderũt ergo
iudei: et dixerũt ei. Quod signum

ostendis nobis: qz hec facis? Respondit iesus: et dixit eis. Solvite templum hoc: et in tribus dieb⁹ excitabo illud. Dixerunt ergo iudei. Quadraginta et sex annis edificatum est templum hoc: et tu in trib⁹ diebus excitabis illud? Ille autem dicebat: de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis: recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat/ et crediderunt scripture et sermoni quem dixit iesus. Cum autem esset hierosolimis in pascha in die festo: multi crediderunt in nomine eius videntes signa eius que faciebat. Ipse autem iesus non credebat semetipsum eis: eo quod ipse nosset omnes/ et quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat: quid esset in homine. Offer. Iubilate deo omnis terra iubilate deo omnis terra servite domino in leticia: intrate in conspectu ei⁹ in exultatione quia dominus ipse est de⁹ v. Ipse fecit nos et non ipsi nos: nos autem populus eius et oves pascue eius. Secreta

Tuis domine quesumus operare mysteriis: ut hec tibi munera dignis mentibus offeram⁹. per. Com̄io

Ab occultis meis munda me domine: et ab alienis parce servo tuo. Postcom̄

Quos divinis domine reficis sacramentis tuis quesumus sustenta presidiis: et quos beneficiis temporalibus refoves: pasce perpetuis. Per do. Sup populum. Humil. Or.

Deprecationem nostram quesumus domine benign⁹ exaudi: et quibus supplicandi prestas affectum: tribue defensionis auxilium. Per do.

Feria tercia. Ad missam. Officium.

Exaudi deus orationem meam et ne despexeris deprecationem meam: intende in me et exaudi me. ps. Contristat⁹ sum in exercitatione mea: et conturbat⁹ sum a voce inimici mei. Ore.

Sacre nobis quesumus domine observationis ieiunia: et pie conversationis augmentum/ et tue propiciationis continuum prestent auxilium. Per do. Lectio libri exodi. xxxii. c.

In diebus illis: Locutus est dominus ad moysen dicens. Descende de monte quia peccavit populus tu⁹ quem eduxisti de terra egypti. Recesserunt cito de via: quam ostendisti eis. Feceruntque sibi vitulum conflatilem et adoraverunt: atque immolantes ei hostias dixerunt. Isti sunt dii tui israel: qui te eduxerunt de terra egypti. Rursumque ait dominus ad moysem. Cerno quod populus iste dure cervicis sit: dimitte me ut irascatur furor me⁹ contra eos/ et deleam eos: faciamque te in gentem magnam. Moyses autem orabat dominum deum suum dicens. Cur domine irascitur furor tuus contra populum tuum quem eduxisti de terra egypti: in fortitudine magna et in manu robusta? Ne quaeso dicant egyptii: callide eduxit eos ut interficeret in montibus/ et deleret eos de terra. Quiescat ira tua et esto placabilis super nequicia populi tui. Recordare abraham/ ysaac et israel servorum tuorum: quibus iurasti per temetipsum dicens. Multiplicabo semen vestrum sicut stellas celi: et universam terram hanc de qua locut⁹ sum dabo semini vestro/ et possidebitis eam semper. Placat⁹que dominus ne faceret malum: quod locut⁹ fuerat adversus populum suum. Et misertus est populo suo dominus de⁹ noster. Gr. Exurge domine fer opem nobis: et libera nos propter nomen tuum. Deus auribus nostris audivimus patres nostri annunciaverunt nobis: op⁹ quod operat⁹ es in diebus eorum/ et in diebus antiquis. Secundum iohannem. vii.

In illo tpe Jam die festo me
diante ascēdit iesus in tem-
plū: ꝫ docebat. Et mirabantur iu
dei dicētes. Quō hic litteras scit
cū non didicerit? Respōdit eis ie
sus et dixit. Mea doctrina non est
mea: sꝫ ei⁹ q̄ misit me. Si q̄s volue
rit volūtatē ei⁹ facē: cognoscet de
doctrina: vtrū ex deo sit an ego a
meipso loquar. Qui a semetipso lo
quitur: gloriā ꝓpriā querit. Qui au-
tē q̄rit gloriā eius q̄ misit illū: hic
verax est/ ꝫ iniusticia in illo nō est.
Nōne moyses dedit vobis legē: ꝫ
nemo ex vobis facit legē? Quid
me q̄ritis iterficere? Rn̄dit ei tur
ba: et dixit. Demoniū hēs. Quis
te q̄rit interficere? Respōdit ies⁹:
et dixit eis. Unū opus feci: et oēs
miramini. Propterea moyses dedit
vobis circūcisionē/ non q2 ex moy
se est sed ex pr̄ibus. et in sabbato
circūciditis hoiem. Si circuncisio
nē accipit hō in sabbato vt nō sol-
uatur lex moysi: michi indignamini
q2 totū hoiem sanū feci in sabba-
to. Nolite iudicare scd̄m faciē. sed
iustū iudiciū iudicate. Dicebant
aūt quidā: ex hierosolymis Nōne
hic est quē querūt interficere? Ec-
cē palā loquitur: et nichil ei dicunt?
Nūqd vere cognouerūt ꝓncipes
q2 hic est xp̄s? Sed hūc scim⁹ vn-
de sit. Xp̄s aūt cū venerit: nemo scit
vnde sit. Clamabat ergo docēs in
tēplo ies⁹: ꝫ dicēs. Et me scitis: et
vnde sim scitis/ ꝫ a meipso nō veni
sed est verus q̄ misit me quem vos
nescitis. Ego aūt scio eū. Et si di-
xero q2 nescio eum: ero similis vo
bis mendax. Sed scio eū: q2 ab ip-
so sum/ et ipse me misit. Quere-
bant ergo eū apprehendere: et ne
mo misit in illū man⁹/ q2 nondū
venerat hora eius. De turba aūt:
multi crediderūt in eū. Offer. Expe
ctās expectaui dn̄m ꝫ respexit me:
exaudiuit dep̄cationē meā ꝫ immisit
i os meū cāticū nouū hymnū deo
nr̄o. V. Statuit supra petrā pedes
meos: ꝫ direxit gress⁹ meos. Sec.

Hdelium tuorꝫ dn̄e q̄s hostias
ꝓpici⁹ intuere: vt qd̄ oblatū
est per obsequiū/ et deuotorꝫ vota
famulorꝫ/ tua potius ꝓpiciatione
firmet. p. cō Letabimur in salutari
tuo ꝫ in noīe dn̄i dei nr̄i magnificabi
Rosit nobis q̄s (mur. p⁹ cō
dn̄e sacer cib⁹ pot⁹ q2 saluta
ris: ꝫ q̄ tp̄alē vitā muniat ꝫ ꝓficit
eternā. p. Sup pplm Humil. or.

Miserere q̄s dn̄e populo tuo
et ↄtinuis tribulationibus
laborantē: ꝓpici⁹ respirare con
cede. Per. Fe. quarta. Officium

Dum sāctificatus fuero
i vobis cōgregabo vos
de vniuersis terris ef
fūdā sup vos aquā mū
dā: et mūdamini ab oibus inqui
mentis vestris: ꝫ dabo vobis spm̄
nouū. ps. Benedicā dn̄m in omni
tempore: sēp laus eius in ore meo
Sequitur oro sine Dn̄s vobiscum.
sed tm̄ cū Oremus et Fle. ge. Or.

Deus q̄ et iustis premia me
ritorum et pctōribus per ie
iuniū veniā prebes: miserere sup-
plicibus tuis: vt reat⁹ nostri con-
fessio/ indulgentiam valeat perci
pere delictorum. Per dn̄m nr̄m.
Lectio ezechielis ꝓphete. xxxvi. c.

Hec dicit dn̄s deus Sanctifi
cabo nomē meū magnū: vt
sciant gentes q2 ego dn̄s cū sctifi-
catus fuero in vobis coram eis.
Tollā quippe vos de gentibus:
et ↄgregabo vos de vniuersis ter
ris: et adducā vos in terrā vestrā
Et effundā super vos aquā mun-

dam:et mūdabimini ab oībus in
quinamentis vestris/et ab vniuer
sis ydolis vestris mundabo vos
Et dabo vobis cor nouū:et spiri-
tum nouum ponā in medio vestri
Et auferā cor lapideū de carne ve
stra:et dabo vobis cor carneū/et
spm̄ meū ponā in medio vr̄i. Et fa
ciā vt in p̄ceptis meis āmbuletis:et
iudicia mea custodiatis ꝫ operemini
Et habitabitis ī terra:quā dedi pa-
tribus vr̄is. Et eritis michi in po-
pulū et ego ero vobis in deū/dicit
dn̄s oīpŏs. Gr. Venite filii audi-
te me:timorē dn̄i docebo vos. ℣ Ac
cedite ad eū et illuminamini et fa
cies vestre nō cōfūdentur. Nō re-
petatur grad. sed sequatur Dn̄s vo
biscum.et. Flectamus ge. Le. Or.
Presta q̄s omnipotēs deus:
vt quos ieiunia votiua ca-
stigant: ipsa quoq̄ deuotio sācta
letificet:vt terrenis affectibus mi
tigatis:facilius celestia capiamus
Per dn̄m. Hic dicuntur meōrie cō
suete. Lectio ysaye p̄phete. i. cap̄.
Hec dicit dn̄s deus: Lauami
ni mūdi estote:auferte ma-
lum cogitationū vestrarū ab ocu-
lis meis. Quiescite agere peruer-
se:discite bn̄facere. Querite iudi-
cium subuenite oppresso/iudicate
pupillo/defendite viduā et venite
et arguite me dicit dn̄s. Si fuerint
pctā vestra vt coccinum:quasi nix
dealbabuntur. Et si fuerint rubra
quasi vermiculus:velut lana al-
ba erūt. Si volueritis et audieri
tis me: bona terre comedetis. Di
cit dn̄s oīps. Gr. Beata gens cui⁹
est dn̄s de⁹ eoꝝ pp̄ls quē elegit dn̄s
ī hereditatē sibi. ℣. Verbo dn̄i celi
firmati sunt:et spiritu oris ei⁹ oīs
virtus eorum. Tractus.
De necessitatibus meis eripe
dn̄e:vide hūilitatē meā ꝫ laborē me
meū et dimitte oīa pctā mea. ℣ Ad
te dn̄e leuaui aīam meā:de⁹ me⁹ ī
te ꝯfido nō erubescā/neq̄ irrideāt
me inimici mei. ℣ Etenim vniūsi q̄ te ex
pectāt nō cōfūdentur:cōfūdantur oēs
facientes vana. Scdm̄ iohannē. ix.
In illo tp̄e: Preteriens iesus
vidit hoīem cecū a natiuita
te. Et interrogauerunt eū discipu
li sui. Rabbi: q̄s peccauit hic aut
parentes ei⁹:vt cecus nasceretur?
Respōdit iesus. Neq̄ hic peccauit
neq̄ parentes eius:sed vt manife
stentur opa dei in illo. Me opor-
tet operari opa eius qui misit me:
donec dies est. Venit nox quando
nemo potest operari. Quandiu ī
mundo sū:lux sum mundi. Hec cū
dixisset: expuit in terram ꝫ fecit lu
tum ex sputo/et liniuit lutū super
oculos eius/et dixit ei. Vade et la
ua in natatoria syloe: quod inter
pretatur missus. Abiit ergo et lauit
et venit videns. Itaq̄ vicini et qui
viderant eum prius q̄ mendicus
erat:dicebant. Nōne hic est qui se
debat:ꝫ mendicabat? Alii dicebāt
quia hic est. Alii autē nequaq̄:sed si
milis est ei⁹. Ille vero dicebat:q̄r
ego sum. Dicebant ergo ei. Quō
aperti sunt oculi tui? Respōdit Il
le hō q̄ dicit iesus lutū fecit:et vn-
xit oculos meos/et dixit michi. Va
de ad natatoriā syloe:et laua. Et
abii:et laui/et video. Dixerunt ei
Vbi est ille? Ait. Nescio. Adducūt
eum ad phariseos: qui cecus fue-
rat. Erat autē sabbatū quando lu
tum fecit iesus: et aperuit oculos
eius. Iterum ergo interrogabant
eum pharisei: quomodo vidisset?
Ille autē dixit eis. Lutū posuit mi
chi sup oculos:et laui/ꝫ video. Di
cebant ergo ex phariseis quidam

Non est hic hō a deo: qui sabbatū nō custodit. Alii aūt dicebāt. Quo potest homo pctōr hec signa facere? Et scisma erat iter eos. Dicunt ergo ceco iterū. Tu qd dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille aūt dixit propheta est. Non crediderūt ergo iudei de eo/ qꝛ cec⁹ fuisset ꝫ vidisset: donec vocauerūt parentes eius qui viderat. Et interrogauerunt eos: dicētes. Hic est filius vester: quem vos dicitis qꝛ cecus natus est? Quō ergo nūc videt? Responderunt eis parētes ei⁹: et dixerunt. Scimus qꝛ hic est filius noster: et qꝛ cecus nat⁹ est. Quomodo autē nūc videat nescim⁹: aut quis eius aperuit oculos/ nos nescim⁹. Ipsū iterrogate: etatē habet. Ipse de se loquatur. Hec dixerunt parentes eius: qm̄ timebant iudeos. Iā eni ꝯspirauerant iudei/ vt si qs eū cōfiteretur esse xp̄ꝫ: extra synagogā fieret. Propterea parentes ei⁹ dixerūt quia etatē habet/ ipsū interrogate. Uocauerūt ergo rursū hoiez qui fuerat cecus: et dixerunt ei. Da gloriā deo. Nos scimus qꝛ hic homo pctōr est. Dixit ergo ille. Si peccator est nescio: vnū scio quia cec⁹ cum essē modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi: quō aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi vobis iā: et audistis. Quid iterū vultis audire? Nunqd et vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei: et dixerūt. Tu discipulus illius sis: nos aūt moysi discipuli sumus. Nos scim⁹ qꝛ moysi locut⁹ est deus: hunc aūt nescimus vnde sit. Rn̄dit ille hō: et dixit eis. In hoc eni mirabile est/ qꝛ vos nescitis vnde sit: et aperuit oculos meos. Scimus aūt qꝛ pctōres deus non audit. Sed si qs dei cultor est/ et voluntatē eius facit: hunc exaudit. A seculo nō est auditū: qꝛ aperuit qs oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo: non poterat facere quicq̄. Rn̄derunt et dixerunt ei. In pctīs natus es totus: et tu doces nos? Et eiecerunt eū foras. Audiuit iesus qꝛ eiecerunt eum foras: et cū inuenisset eū dixit ei. Tu credis in filiū dei? Rn̄dit ille: et dixit. Quis es dn̄e: vt credā in eum. Et dixit ei iesus. Et vidisti eum et q loqtur tecū ipse est. At ille ait. Credo dn̄e. Et pcidēs adorauit eū.

Off. Bn̄dicite gētes dn̄m nostrum et obaudite vocē laudis eius q posuit aīam meā ad vitā ꝛ non dedit ꝯmoueri pedes meos: bn̄dict⁹ dn̄s q nō amouit dep̄cationē meā ꝛ mi sericordiā suā a me. ℣ Iubilate deo ōis terra psalmū dicite noī ei⁹ date gloriā laudi ei⁹. Se.

Supplices te rogam⁹ oīps deus: vt his sacrificiis pctā nr̄a mūdentur: qꝛ tūc verā nobis tribuis et mētis et corporis sanitatē. p. d. Cō. Lutū fecit ex sputo dn̄s ꝛ liniuit ocl̄os meos et abii et laui/ ꝛ vidi/ ꝛ credidi deo.

Sacramēta q sūpsim⁹ (p⁹ cō. dn̄e deus noster: et sp̄ualib⁹ nos istruāt alimētis/ et corporalibus tueantur auxiliis. p. do. Super populū. Hūiliate capita vē. Oro.

Pateant aures mie tue domine precibus supplicantium: et vt petentibus desiderata concedas: fac eos q tibi placita sunt postulare. Per. ¶ Feria. v. Officium

Letetur cor querentium dn̄m: querite dn̄m et cōfirmamini/ querite faciē ei⁹ semp. ℣. Confitemini dn̄o ꝛ inuocate nomē eius: annūciate iter gētes opera ei⁹. Oremus. Flectam⁹ genua. Leuate. Or.

Presta quesumus omnipotens deus: ut quos ieiunia votiva castigant: ipsa quoque devotio sancta letificet. ut terrenis affectibus mitigatis facilius celestia capiamus. Per dominum. Lectio libri regum. iiii. iiii.

In diebus illis: Venit mulier sunamitis ad helyseum prophetam: in montem carmeli. Cumque vidisset eam vir dei de contra ait ad giezi puerum suum. Ecce sunamitis illa. Vade ergo in occursum eius: et dic ei. Recte ne agitur circa te: et circa virum tuum / et circa filium tuum? Que respondit. Recte. Cumque venisset ad virum dei in montem: apprehendit pedes eius. Et accessit giezi: ut amoveret eam. Et ait homo dei. Dimitte eam: anima enim eius in amaritudine posita est / et dominus celavit a me / et non indicavit michi. Que dixit illi. Nunquid petivi filium a domino meo? Nunquid non dixi tibi ne illudas me? Et ille ait ad giezi. Accinge lumbos tuos: et tolle baculum meum in manu tua / et vade. Si occurrerit tibi homo: non salutes eum. Et si salutaverit te quispiam / non respondeas illi: et pones baculum meum super faciem pueri. Porro mater pueri ait. Vivit dominus / et vivit anima tua: non dimittam te. Surrexit ergo: et secutus est eam. Giezi autem precesserat ante eos: et posuerat baculum super faciem pueri / et non erat vox neque sensus. Reversusque est giezi in occursum eius: et nunciavit ei dicens. Non surrexit puer. Ingressus est ergo helyseus domum: et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingressusque clausit ostium super se et super puerum: et oravit ad dominum. Et ascendit et incubuit super puerum: posuitque os suum super os eius / et oculos suos super oculos eius / et manus suas super manus eius / et incurvavit se super eum / et calefacta est caro pueri. At ille reversus: deambulavit in domo semel huc et illuc. Et ascendit et incubuit super puerum: et oscitavit puer septies / aperuitque oculos suos At ille vocavit giezi: et dixit ei. Voca sunamitem hanc. Que vocata: ingressa est ad eum. Cui ait. Tolle filium tuum. Venit illa / et corruit ad pedes eius: et adoravit super terram. Tulitque filium suum: et egressa est. Helyseus vero reversus est in galgala. Gr. Respice domine in testamentum tuum: et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem. V. Exurge domine et iudica causam meam: memor esto opprobrii servorum tuorum. Secundum iohannem. V.

In illo tempore: Dixit iesus turbis iudeorum. Pater meus usque modo operatur: et ego operor. Propterea ergo magis querebant eum iudei interficere: quia non solum solvebat sabbatum / sed et patrem suum dicebat deum / equalem se faciens deo. Respondit itaque iesus: et dixit eis Amen amen dico vobis: non potest filius a se facere quicquam / nisi quod viderit patrem facientem. Quecunque enim ille fecerit: hec et filius similiter facit. Pater enim diligit filium: et omnia demonstrat ei que ipse facit / et maiora his demonstrabit ei opera / ut et vos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos et vivificat: sic et filius quos vult vivificat. Neque enim pater iudicat quenquam: sed omne iudicium dedit filio / ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem Qui non honorificat filium: non honorificat patrem qui misit illum. Amen amen dico vobis: quia qui verbum meum audit et credit ei qui misit me / habet vitam eternam. Et in iudicium

non veniet: sed transiet a morte in vitam. Amen amē dico vobis: quia venit hora et nunc est quādo mortui audiēt vocē filii dei / et qui audierint viuēt. Sicut eni pater habet vitā in semetipso: sic dedit et filio vitā habere in semetipso. Et potestatē dedit ei iudicium facere: qr filius hominis est. Nolite mirari hoc: qr venit hora in qua oēs qui in monumētis sunt: audiēt vocem filii dei. Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionē vite. Qui vero mala egerūt: i resurrectionē iudicij. Offer. Dñe ad adiuuādū me festina: cōfūdāt omēs aduersū me q cogitāt michi mala. V. Expectās expectaui dñm: et respexit me de lacu miserie et de luto fecis. Secre.

PUrifica nos misericors de⁹: vt ecclesie tue preces que tibi grate sūt pia mūera deferētes fiāt expiatis mētib⁹ gratiores. p. Cō. Dñe memorabor iusticie tue soli⁹ de⁹ docuisti me a iuuētute mea et vsq; i senectā et seniū de⁹ ne derelinqs me

CElestia dona capiēti p⁹cō. b⁹ qs dñe nō ad iudiciū puenire patiaris: q tuis fidelib⁹ ad remedia puidisti p. Sup ppl'm Huil. or.

POpuli tui deus institutor et rector / pctā quibus ipugnatur expelle: vt semper tibi placit⁹ et tuo munimine sit securus. p d.

¶ Feria sexta ad missam. Officiū

MEditatio cordis mei in cōspectu tuo sēp dñe adiutor me⁹ et redemptor me⁹. Ps. Celi enarrant gliam dei: et opa manuū ei⁹ annūciat firmamentū. Flecta. ge. Or.

DEus qui ineffabilis mūdū renouas sacramentis: presta qs: vt ecclesia tua eternis pficiat institutis: et tēporalibus non destituatur auxiliis. Per dominū

Lectio libri regū. iii. vii. capitul.

IN diebus illis: Egrotauit filius mulieris matrisfamilias: et erat languor fortissimus / ita vt nō remaneret in eo habitus Dixit ergo ad helyam. Quid michi et tibi vir dei? Ingressus es ad me vt rememorarent iniquitates mee: et interficeres filiū meū? Et ait ad eā helyas. Da michi filium tuū. Tulitq; eū de sinu illi⁹: et portauit eū in cenaculū vbi ipse manebat. Et posuit eū sup lectū suū et clamauit ad dñm / et dixit. Dñe deus me⁹ etiā ne viduā apud quā ego vtcūq; sustentor afflixisti / vt interficeres filiū eius? Et expandit se atq; mensus est super puerū tribus vicib⁹: clamauitq; ad dñm et ait. Dñe deus meus reuertatur oro aia pueri hui⁹: in viscera eius Exaudiuit aūt dñs vocē helye: et reuersa est aia pueri intra eum: et reuixit Tulitq; helyas puerum: et deposuit eum de cenaculo inferiorem domū / et tradidit illū matri sue et ait illi. En viuit filius tuus Dixitq; mulier ad helyā. Nunc in isto cognoui qm vir dei es tu: et verbū dñi in ore tuo verū est. Gr. Bonū est cōfidere i dño: q cōfidere i homie. V. Bonū est spare i dño: q spare in principibus. Tractus.

DOmine nō scdz pctā nr̄a q fecim⁹ nos neq; scdz iniqtates nr̄as retribuas nobis. V. Dñe ne memineris iniqtatū nr̄arū āt iquarū / cito anticipēt nos mie tue / qa paupes facti sum⁹ nimis. Sic nō fiat genuflexio cū dicit v. Adiuua nos deus salutaris nr̄: et propter gloriā nominis tui dñe libera nos et propici⁹ esto pctis nostris propter nomen tuū. S. iohannē. xi.

IN illo tẽpore: Erat quidam languens lazarus a bethania: de castello marie et marthe sororũ eius. Maria aũt erat q̃ vnxit dñm vnguẽto: et extersit pedes eius capillis suis: cuiꝰ frater lazarus infirmabat. Miserũt ergo sorores eius: ad eũ dicẽtes. Dñe ecce quẽ amas: infirmatur. Audiens autẽ iesꝰ: dixit eis Infirmitas hec non est ad mortẽ: sed ꝓ gl'ia dei/ vt glorificet filius dei per eam Diligebat autẽ iesus marthã et sororẽ eiꝰ mariã et lazarũ. Vt ergo audiuit q2 infirmabatur: tunc quidẽ mansit in eodẽ loco duobus diebus. Deinde post hec: dixit discipulis suis. Eamus in iudeã iterũ Dicũt ei discipuli. Rabbi/ nũc querebãt te iudei lapidare: et iterũ vadis illuc: Respondit iesus. Nonne duodecim sunt hore diei? Si q̃s ambulauerit in die nõ offendit: q2 lucẽ huius mundi videt. Si autẽ ambulauerit in nocte offendit: q2 lux non est in eo. Hec ait: et post hec dixit eis Lazarus amicꝰ noster dormit: sed vado vt a sõno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eiꝰ, Dñe si dormit: saluus erit Dixerat aũt iesus de morte eius: illi aũt putauerũt q2 de dormitione sõni diceret. Tunc ergo dixit eis iesus manifeste. Lazarus mortuus est: et gaudeo propter vos/ vt credatis q̃m non erã ibi. sed eamꝰ ad eũ Dixit ergo thomas qui dicit didimus: ad cõdiscipulos. Eamꝰ et nos: et moriamur cũ eo. Venit itaq3 iesus: et inuenit eũ quattuor dies iã in monumento habentẽ Erat aũt bethania iuxta hierosolimam: q̃si stadiis quindecim. Multi aũt ex iudeis venerant ad marthã et mariã: vt cõsolarẽtur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit q2 iesus venit: occurrit illi. Maria autẽ domi sedebat. Dixit ergo martha ad iesum Dñe si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus Sed et nunc scio: q2 quecunq3 poposceris a deo dabit tibi deus. Dicit illi iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio q2 resurget in resurrectione in nouissimo die. Dicit ei iesus. Ego sum resurrectio: et vita. Qui credit in me etiam si mortuus fuerit: viuet. Et omis qui viuit et credit in me: non morietur in eternum. Credis hoc? At illi. Vtiq3 domine Ego credidi q2 tu es xp̄s filius dei viui: q̃ in hunc mundũ venisti. Et cum hec dixisset: abiit et vocauit mariã sororẽ suam silentio dicens Magister adest: et vocat te. Illa vt audiuit: surrexit cito/ et venit ad eũ Nondũ eni venerat iesus in castellum: sed erat adhuc in loco illo/ vbi occurrerat ei martha. Iudei ergo qui erãt cũ ea in domo et cõsolabãtur eã cũ vidissent mariã q2 cito surrexit et exiit: secuti sunt eam dicentes/ q2 vadit ad monumentũ vt ploret ibi. Maria ergo cũ venisset vbi erat iesus: videns eum cecidit ad pedes eius/ et dixit ei. Dñe si fuisses hic: nõ esset mortuus frater meus. Iesus ergo vt vidit eam plorantẽ: et iudeos qui venerant cum ea plorantes/ infremuit spũ & turbauit semetipsum/ et dixit Vbi posuistis eũ? Dicunt ei. Dñe: veni et vide. Et lachrymatus est iesus. Dixerunt ergo iudei Ecce quomodo amabat eũ. Quidã aũt ex ipsis dixerunt Non poterat hic qui aperuit oculos ceci nati facere: vt hic nõ moreretur Iesus ergo rursum fremens in semetipso: venit ad monumentum

Erat aũt spelũca: et lapis suppo-
situs erat ei. Ait iesus. Tollite la
pidem. Dixit ei martha: soror eius
qui mortuus fuerat. Dñe / iã fetet:
quatriduanus enim est. Dixit ei ie
sus. Nonne dixi tibi quia si credi-
deris: videbis gloriã dei. Tulerũt
ergo lapidẽ. Jesus autẽ eleuatis
sursũ oculis in celũ: dixit. Pater
grãs ago tibi: quoniã audisti me
Ego aũt sciebam qꝛ semper me au
dis: sed ꝓpter ppl'm qui circunstat
dixi / vt credant quia tu me misisti.
Hec cum dixisset: voce magna cla
mauit. Lazare veni foras. Et sta-
tim ꝓdiit q̃ fuerat mortuꝰ: ligatꝰ
pedes et manus institis et facies
illius sudario erat ligata Dicit eis
iesus. Soluite eũ: et sinite abire.
Multi ergo ex iudeis qui venerãt
ad mariã et marthã et viderant q̃
fecit iesus: crediderũt in eũ. Offr.
Populũ hũilẽ saluũ facies dñe et
oculos supborũ hũiliabis qm̃ q̃s
deus p̃ter te dñe. V. Clamor meꝰ i
ꝯspectu eiꝰ itroiuit in aures eiꝰ. Se

Munera nos domine quesu-
mus oblata purificent: ꝗ te
nobis faciãt iugiter esse placatũ.
P. d. Cõio. Uidens dñs flentes so
rores lazari ad monumẽtũ lachri
matus est corã iudeis et clamabat
lazare veni foras. et prodiit ligatꝰ
manibꝰ ꝗ pedibꝰ qui fuerat quatri
duanus mortuꝰ. Postcõio.

Hec nos q̃s dñe participatio
sacramenti: et propriis reatibus i
desinenter expediat: et ab oibus
tueatur aduersis. Per dominum
Sup ppl'm. Humiliate capita. Or.

Da q̃s oĩps deus: vt qui infir-
mitatis nostre concii de tua
pietate confidimus: sub tua pro-
tectione semper gaudeamus p d.
¶ Sabbato. Ad missam. Officiũ.

Sitientes venite ad aquas
dicit dñs: et qui non ha-
betis preciũ venite ꝗ bi-
bite cũ leticia. Ps. Atten
dite ppl'e meꝰ legẽ meã iclinate au
rẽ vr̃am i verba oris mei. Gl'e. Or.

Fiat q̃s dñe per gratiã tuã
fructuosus nostre deuotio-
nis affectus: qꝛ tunc nobis prode-
runt suscepta ieiunia / si tue sint
placita voluntati. Per dominum
Lectio ysaie prophete. xlix. capl'o.

Hec dicit dñs deus: In tẽpo
re placito exaudiui te: et in
die salutis auxiliatus sum tui. Et
seruaui te / et dedi te in fedus po-
puli vt suscitares terrã et posside
res hereditates dissipatas: vt di-
ceres his qui vincti sunt exite / et
his q̃ in tenebris reuelamini. Su
per vias pascẽtur: et in oibus pla-
nis pascue eorũ. Non esuriẽt neq̃
sitient: et non percutiet eas estus
et sol: qꝛ miserator eorũ reget eos
et ad fontes aquarũ potabit eos.
Et ponã oẽs montes meos in vi
am: et semite mee exaltabuntur Ec
ce isti de longe venient: ecce illi
ab aquilone ꝗ mari / ꝗ isti de terra au
strali. Laudate celi et exultet ter-
ra iubilate montes laudẽ qꝛ conso
latus est dñs populũ suũ / et pau-
perũ suorũ miserebit. Et dixit syõ
Dereliquit me dñs: et dñs oblitꝰ est
mei Nũquid obliuisci potest mulier
infãtẽ suũ: vt nõ misereat filio vte
ri sui. Et si oblita fuerit: ego tñ nõ
obliuiscar tui dicit dñs omĩps Gr.
Tibi dñe derelictus est paup / pu-
pillo tu eris adiutor. V. Ut qd dñe
recessisti longe despicis i oportuni
tatibus in tribulatiõe: dũ superbit
impius incẽdit paup. Scdm. io. viii

In illo tempore: Dixit iesus
turbis iudeorũ. Ego sum lux

mundi. Qui sequitur me non ambu
lat in tenebris: sed habebit lumen
vite. Dixerūt ergo ei pharisei. Tu
de teipso testimoniuz perhibes: te
stimoniū tuū non est verum. Re-
spondit iesus: et dixit eis. Et si ego
testimoniuz perhibeo de meipso:
verum est testimoniū meū/ qꝛ scio
vnde venio et quo vado. Vos au-
tem nescitis vnde venio: aut quo
vado Vos secundū carnem iudica
tis: ego non iudico quenq̄. Et si iu-
dico ego/ iudiciū meum verū est qꝛ
solus non sum/ sed ego et qui misit
me pater. Et ī lege vestra scriptū
est qꝛ duorū hoīm testimoniū ve-
rum est. Ego sum qui testimoniū
perhibeo de meipso: et testimoni-
um ꝑhibet de me qui misit me pa-
ter Dicebant ergo ei Ubi est pater
tuus. Respōdit iesus. Neq̄ me sci
tis neq̄ patrē meū. Si me sciretis
forsitan et patrē meū sciretis. Hec
verba locutus est ies⁹ ī gazophila
tio docēs ī tēplo Et nemo apprehē
dit eū: qꝛ necdū venerat hora eius
Offi̅. Factus est dn̄s firmamentū
meū et refugiū meum et liberator
meus sperabo in eū. ℣ Persequar in
imicos meos et cōprehendā illos et
nō cōuertar donec deficiant. Se.

Oblationibus q̄s dn̄e placa-
re susceptis: et ad te nostras
etiā rebelles cōpelle propicius vo
lūtates. Per do. Cōio. Dn̄s regit
me et nichil michi deerit: ī loco pa
scue ibi me collocauit. sup aquā re
fectionis educauit me. P⁹ cō.

Hec nos q̄s dn̄e que sumpsi
mus sancta purificent: et operatio
nis sue remedio te nobis faciant es
se placatum. Per dn̄m. Suppopu
lum. Humiliate capita. Oratio.

Deus qui sperantibus in te
misereri potius eligis q̄ ira
sci: da nobis digne flere mala que
fecimus vt tue consolationis gra-
tiam inuenire valeamus. Per do.

¶ Dn̄ica in passione dn̄i. Officiū.

Iudica me de⁹ et discer-
ne causam meam de gen
te non sancta ab homine
iniquo et doloso eripe me
quia tu es deus meus et fortitudo
mea. ℣ Emitte lucē tuā et verita-
tem tuā: ipsa me deduxerunt et ad
duxerunt in montem sctm̄ tuum/
et in tabernacula tua. Ab hac die
vsq̄ ad pasca nō dicitur. Glia pa.
post officiū ad missam de tempora
li: nisi tantum in die cene quando
episcopus celebrat. Oratio.

Quesumus oīps deus: famili
am tuam propicius respice
vt te largiente regatur in corpore
et te seruante custodiatur in mēte
Per dominū. Ad hebreos. ix. cap.

Fratres: Xp̄s assistens pon-
tifex futurorū bonorū peram
plius et perfecti⁹ tabernaculū nō
manufactū: id est nō huius creati
onis/ neq̄ per sanguinem hyrcorū
aut vitulorū/ sed per propriū san-
guinē introiuit semel in scta eter-
na redēptione inuenta. Si enī san
guis hyrcorū aut taurorū et cinis
vitule aspsus inquinatos sctificat
ad emundationem carnis q̄tomā
gis sanguis xp̄i qui per spm̄ sctm
semetipsū obtulit imaculatū deo
emūdabit conscientiā nostram ab
operibus mortuis ad seruiēdum
deo viuēti. Et ideo noui testamēti
mediator est: vt morte intercedēte
in redēptionē eay preuaricationū
q̄ erant sub priori testamentis/ re-
promissionē accipiāt q̄ vocati sunt
eterne hereditatis. In xp̄o iesu do
mino nostro. Grad. Eripe me do-
mine de inimicis meis: doce me face

re volūtatē tuā. ℣. Liberator me⁹ dñe de gētib⁹ iracūdis: ab insurgētibus i me exultabis me a viro iniquo eripies me. Tractus.

Sepe expugnauerūt me a iuuētute mea. ℣. Dicat nūc israel: sepe expugnauerunt me a iuuētute mea. ℣. Etei nō potuerūt michi: supra dorsū meū fabricauerūt pctōres ℣. Prolōgauerūt iniqtatē sibi: dñs iust⁹ ɔcidet ceruices pctōꝝ. Sc̄m Io.

In illo tp̄e Dicebat iesus turbis iudeorū: ꝯ pricipibus sacerdotū. Quis ex vobis arguet me de pctō? Si veritatem dico vobis: quare vos non creditis michi Qui ex deo est: verba dei audit. Propterea vos nō auditis: qꝛ ex deo non estis. Respōderūt igitur iudei: et dixerūt ei. Nōne bene diximus nos qꝛ samaritan⁹ es tu: et demoniū habes? Respōdit iesus. Ego demoniū non habeo: sed honorifico patrē meū/ et vos i honorastis me. Ego autē non q̄ro gloriam meā: est qui querat et iudicet. Amen amen dico vobis: si qs sermonē meū seruauerit/ mortē non videbit in eternū. Dixerunt ergo iudei. Nūc cognouimus: qꝛ demoniū habes. Abrahā mortu⁹ est et prophete: et tu dicis si qs sermonē meū seruauerit/ mortē non gustabit in eternū. Nunqd tu maior es patre nostro abrahā qui mortuus est? Et pphete mortui sunt. Quē teipsū facis? Rñdit iesus. Si ego glorifico meipsū: glīa mea nichil est Est pater meus q̄ glīficat me quē vos dicitis qꝛ de⁹ vester est: et nō cognouistis eū. Ego aūt noui eū Et si dixero qꝛ nescio eum: ero similis vobis mendax. Sed scio eū et sermonē eius seruo. Abrahā pater vester exultauit vt videret diem meū: et vidit et gauisus est. Dixerunt ergo iudei: ad eum. Quinquaginta annos nondum habes et abraham vidisti? Dixit eis iesus. Amen amē dico vobis: anteq̄ abraham fieret ego sum Tulerūt ergo lapides: vt iacerent in eum. Jesus aūt abscōdit se: et exiuit de tēplo. Offr. Cōfitebor tibi dñe in toto corde meo retribue seruo tuo vt viuā et custodiā sermōes tuos: viuifica me scdꝫ verbū tuū dñe. Se.

Hostias fideliū tuorū omps deus propicius intuere ꝯ cōcede: ne cathena seculi captiuos teneat/ quos passione filii tui in oīb⁹ liberos esse voluisti. Qui te. Prefatio quott. Hac die dū sacerdos se ɔmunicat cātet hec. Cōio. Hoc corpus qd̄ pro vobis tradetur hic calix noui testamēti ē i meo sāguine dicit dñs. hoc facite q̄tienscūq; sumitis in meā ɔmemorationē. P⁹cō.

Adesto nobis q̄s dñe de⁹ noster: vt quos tuis mysteriis recreasti: perpetuis defende presidiis. Per. ¶ Feria secunda. Offi.

Miserere michi dñe quoniam cōculcauit me homo tota die bellans tribulauit me. ℣. Conculcauerūt me inimici mei tota die: qm̄ multi bellātes aduersū me. Nō dr̄ Gloria pa. Flectam⁹ ge. Le. Or.

Sanctifica quesumus dñe nostra ieiunia: et cunctarū nobis propicius indulgentiam largire culparū. P. Lectio ione pphete

In diebus illis: Factum est verbū dñi: ad ionam prophetam scdo dicens Surge et vade in niniuē ciuitatem magnā: et predica in ea predicationē quam ego loquar ad te. Et surrexit ionas: et abiit in niniuē iuxta verbum dñi.

Et niniue erat ciuitas magna: iti
nere dierũ triũ. Et cepit ionas in-
troire in ciuitatẽ itinere diei vni-
us: et clamauit & dixit. Adhuc qua
draginta dies: et niniue subuerte
Refecti vitalibus alimentis quesumus dñe deus noster: vt quod tempore nostre mortalitatis exequi-mur: immortalitatis tue munere cõ-sequamur. Per. Et sic missa et ve-spere simul finiãt dyacono dicẽte Ite missa est. si eps celebret. si vo nõ missa et vespe simul finiant cũ Bñdicam9 dño. Propter solẽnita-tem vero cene dyacon9 et subdya-conus dalmatica et tunica indu-antur: si eps nõ celebrauerit. ¶ Post prandiũ cõueniãt clerici ad eccle-siã ad altaria abluẽda et ad man-datũ faciendũ: et ad cõpletoriũ di-cẽdũ. In primis bñdicat aqua mo-re solito extra chorũ parati. Dein-de preparent duo sacerd. excellẽ-tiores cũ dyacono et subd. de scđa forma ex cerofereariis de prima for-ma q omnes sint albis cũ amicti-bus induti et incipiãt a maiori al-tari et abluãt illud infũdẽtes vinũ et aquã/ et interim cantet ℟. In mõte oliueti. a toto choro corã altari cũ suo ℣su. et dicit sine Gloria patri Quo finito dr ℣9 et oro de scđo in cui9 honore cõsecratũ est altare ab excellẽtiori sacerdote modesta vo-ce. Itẽ sine nota q termineretur sic Per xpm. nec pcedat nec subseqt Dñs vo. sed tm̃ Orem9. ante ora-nẽ. Eodẽ mõ oïa altaria ĩ ecclesia abluunt cũ ℟. et ℣. sicut ordinati sũt in predicta hystoria: scz In mõ-te oliueti. et cũ ℣. et or. de scis vt supra dictum est. Ita q nullũ ℟. incipiat nisi tm̃ corã altari: et ibi totũ cantabit vt supra diximus. Et semper in extrema ablutione cantetur ℟m. Circũdederunt me cũ suo ℣. Et si plura fuerint alta-ria in eccliã q ℟. in pdicta hysto-ria: tũc reicipiat hystoria ordine pdicto suato: sz q ℟. Circũdedert semper vltimo loco cãtetur. Post ablutionem altaris intrent capi-tulũ et dyaconus legat euãgeliũ Ante diem festũ. sicut ad missã le-ctum est: deinde dicit sermo. Quo finito surgant duo predicti sacer-dotes: et incipientes a maioribus lauẽt oĩm pedes/ vn9 ex vna par-te/ et alter ex altera parte chori: et ipsi inuicem sibi lauent pedes.

Et iteru cantet hec sequētes āe. cū suis ṗis a toto choro iteru sedēte. ā Mādatū nouū. ṗ Deus misereatur. totus ṗ. dicit sine. Glia pri. Et post vnūquēqz. v. repetat. ān. Et hoc modo dnr oms āe cū suis ṗis q̄ sequūtur. ā Diligam⁹ nos. ṗ Ecce q̄ bonū. ā. In diebus illis ṗ. Miserere i. ā. Maria ergo. ps. Bti immaculati. ā. Postq̄. ṗ. Audite hec oms gētes. De sequētes āe si necesse fuerit cātent: sin autē oīno ṗtermittant. ān. Vos vocatis ā Si ego dns. ā Ante diē. ā Venit ad petrū. Peracta ablutione pedū dicto sermone: accipiāt caritatis potū. Quib⁹ rite pactis vnus sacerdos dicat ṗces hoc mō. S uscepim⁹ de⁹ miaz tuā. In medio tēpli tui. Tu mandasti Mandata tua custodiri nimis. Ecce q̄ bonū et q̄ iocūdū Habitare fres in vnum Dñe exau. Et cla. Dñs vo. Et ore.

A Desto q̄s dñe officio seruitutis nr̄e: et quia tu pedes lauare dignat⁹ es tuis discipulis ne despicias opa manuū tuarū q̄ nobis retinēda mādasti: sed sicut exteriora hic abluūtur inqnamenta corpoꝝ: sic a te oīm nostroꝝ interiora mūdent pctā: qḋ ipse prestare digneris. Qui cū deo patre et spi. san. vi. et re. de⁹. p. Si vero nullus adsit cleric⁹ smonē faciēs ceteris vt pri⁹ pactis post ablutionē pedū dnr preces ṗdicte. Deide legat sequēs euāgeliū a q̄dā dyacono de scdā forma in supplellicio sine titulo. Bñdictiōe ṗus petita ab executore officii: et legat more lec. fribus interim caritatis potū sumētib⁹ q legat vsqz ad illū finē Surgite eamus hinc. Et ita recedāt. Euā. Joh. xiii. et xiiii.

A Men amen dico vobis: nō est seru⁹ maior dño suo. Neqz apostolus maior est qui misit illū. Si hec scitis: beati eritis si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico. Ego scio quos elegeri: sed vt adimpleatur scriptura. Qui manducat meū panē: leuabit contra me calcaneū suum. Amen amen dico vobis priusq̄ fiat: vt cum factum fuerit credatis quia ego sum. Amen amē dico vobis: quia accipit si quē misero: me accipit. Qui autē me accipit accipit eum qui me misit. Et cum hec dixisset ies⁹ turbatus est spiritu: et protestatus est et dixit. Amen amen dico vobis: quia vnus ex vobis me tradet. Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli hesitantes de quo diceret. Erat autem recūbens vnus ex discipulis eius in sinu iesu: quē diligebat iesus. Innuit ergo huic symon petrus: et dixit ei. Quis est de quo dicit? Itaqz cū recubuisset ille supra pectus iesu: dixit illi. Dñe quis est? Respōdit ies⁹ Ille est cui ego intinctū panē porrexero. Et cum intinxisset panē: dedit iude symonis scarothis Et post bucellā: introiuit in illum sathanas. Et dixit ei iesus. Quod facis: fac citius. Hoc autē nemo sciuit discūbentium: ad qḋ dixerit ei. Quidā autē putabāt qz loculos habebat iudas q̄ dixisset ei iesus: eme ea q̄ nobis opus sūt ad diem festū: aut vt egenis aliquid daret Cum ergo accepisset ille bucellā: exiuit cōtinuo. Erat enim nox. Cum ergo exisset dixit iesus Nunc clarificatus est filius hois et deus clarificat⁹ est in eo. Si deus clarificat⁹ est in eo: et de⁹ clarificauit eū in semetipso. Et cōtinuo clarificauit eū. Filioli adhuc modicū vobiscū sum. Queretis me

et sicut dixi iudeis: quo ego vado vos nõ potestis venire. Et vobis di co modo. Mãdatũ nouũ do vobis vt diligatis inuicẽ: sicut dilexi vos vt et vos diligatis inuicẽ. In hoc cognoscẽt oẽs q2 discipli mei estis si dilectionem habueritis ad inui cem. Dixit ei symõ petr⁹ Dñe quo vadis. Rñdit iesus. Quo ego va do non potes me modo seq: seq̃ris aũt postea. Dixit ei petr⁹. Quare non possũ te seq̃ modo? Aiam meã pro te ponã. Rñdit iesus. Animã tuã pro me pones? Amen amen di co tibi: nõ cantabit gallus / donec ter negabis me. Et ait discipulis suis. Nõ turbetur cor vestrũ: neq3 formidet. Creditis in deum: et in me credite In domo pr̃is mei: mã siones multe sũt. Si q̃ min⁹ dixis sem vobis: q2 vado parare vobis locũ. Et si abiero et preparauero vobis locũ: iterũ veniã et accipiã vos ad meipsũ: vt vbi sum ego et vos sitis. Et q̃ ego vado scitis: et viam scitis. Dixit ei thomas. Dñe nescimus quo vadis. Et quõ pos sumus viã scire? Dixit ei ies⁹ Ego sum via veritas: et vita Nemo ve nit ad patrẽ: nisi per me Si cogno uissetis me et patrẽ meũ vtiq3 co gnouissetis. Et amodo cognosce tis eũ: et vidistis eũ. Dixit ei phi lippus. dñe ostẽde nobis patrẽ: et sufficit nobis. Dixit ei iesus Tãto tpe vobiscũ sum ꝫ nõ cognouistis me. Philippe q̃ videt me videt et patrẽ meũ. Et quõ tu dicis ostẽde nobis p̃rem? Nõ credis q2 ego in patre: et pater in me est? Verba q̃ ego loquor vobis: a meipso nõ lo quor. Pater aũt in me manẽs: ip se facit opa. Nõ creditis q2 ego in p̃re: et pater in me est? alioquin pro pter ipsa opa credite. Amen amen dico vobis: qui credit in me opa que ego facio et ipse faciet. Et ma iora horũ faciet: q2 ego ad patrem vado. Et quodcunq3 petieritis pa trẽ in noie meo hoc faciã: vt glori ficetur pater in filio. Si q̃d petieri tis in noie meo: hoc faciã. Si dili gitis me mãdata mea seruate. Et ego rogabo patrẽ: et aliũ paracli tum dabit vobis / vt maneat vobi scũ in eternũ. Spm̃ veritas quem mũdus nõ põt capere: q2 nõ videt eũ / nec scit eũ / Vos aũt cognosce tis eũ: q2 apud vos manebit / et in vobis erit Nõ relinquam vos or phanos: veniã ad vos. Adhuc mo dicum ꝫ mũdus me iam nõ videt. Vos autẽ videbitis me: q2 ego vi uo / et vos viuetis. In illo die vos cognoscetis q2 ego sũ in p̃re meo: et vos in me et ego in vobis. Qui habet mãdata mea et seruat ea: il le est q̃ diligit me. Qui aũt diligit me: diliget a p̃re meo. Et ego dili gã eũ: et manifestabo ei meipsum Dixit ei iudas: nõ ille scharioth is Dñe q̃d factũ est q2 manifestatur⁹ es teipsũ nobis ꝫ nõ mũdo? Rñdit iesus et dixit ei. Si q̃s diligit me: sermonẽ meũ seruabit. Et pater meus diliget eũ: et ad eũ veniem⁹ et mãsionẽ apud eũ faciem⁹ Qui nõ diligit me sermones meos non seruat Et sermonẽ quem audistis nõ est meus: sed eius qui misit me patris Hec locut⁹ sum vobis: apd̃ vos manẽs. Paraclitus aũt sp̃us sanctus quẽ mittet pater in noie meo: ille vos docebit oia / ꝫ sugge ret vobis oia quecũq3 dixero vobis Pacẽ. Relinquo vobis: pacẽ meã do vobis. Non quõ mũdus dat: ego do vobis. Non turbet cor vestrũ neq3 formidet. Audistis q2 ego di xi vobis: vado et venio ad vos.

Si diligeretis me gauderetis vtiqȝ/qȝ vado ad patrē: qȝ pater maior me est. Et nūc dixi vobis priuſ ꝙ fiat: vt cū factū fuerit credatis. Iā nō multa: loquar vobiscū. Uenit enī princeps mūdi huius: ꝛ in me nō habet quicꝙ. Sed vt cognoscat mūdus qȝ diligo patrē: et sicut mandatū dedit michi pater: sic facio. Surgite eamus hinc.

¶ Feria sexta ī die parasceues dicta hora nona/accedat sacerdos ad altare indut⁹ vestib⁹ sacerdotalibus in casula rubea cū dyacono et subd. ꝛ ceteris ministris altaris q̄ oēs sint albis cū amictib⁹ īduti: ꝛ statī p̄cedat accolit⁹ albā īdut⁹ ad legēdū hāc lectionē ad gradū chori sine titulo hoc modo. ¶ Ozee vi.

In tribulatiōe sua mane cū surgent ad me. Uenite ꝛ reuertamur ad dn̄m: qȝ ipse cepit et sanabit nos/percutiet et curabit nos. Uiuificabit nos post duos dies: in die tercia suscitabit nos ꝛ viuemus in ꝯspectu eius. Sciem⁹ sequemurqꝫ: vt cognoscam⁹ dn̄m. Quasi diluculum p̄paratus est egressus eius: et veniet quasi ymber nobis tēporaneus et serotin⁹ terre. Quid faciam tibi effraim? Quid faciam tibi iuda? Mia vr̄a quasi nubes matutina. ꝛ quasi ros mane pertrāsiens. Propter hoc dolaui in p̄phetis et occidi eos ī verbis oris mei: et iudicia mea quasi lux egredienē. Qȝ miam volui: et nō sacrificiū. et scientiā dei plusꝙ olocaustū. Chor⁹ alt̄nati dicat tr.

Dn̄e audiui auditū tuū et timui: cōsideraui op̄a tua ꝛ expaui. ℣ In medio duorū aīaliū innotesceris dū appropinquauerint āni cognosceris dū aduenerit tp̄s ostēderis. ℣ In eo dū cōturbata fuerit aīa mea ī ira mīe memor eris. ℣ De⁹ a libano veniet ꝛ sctūs de mōte vmbroso ꝛ densō. ℣ Operuit celos maiestas ei⁹ ꝛ laudis ei⁹ plēa ē t̄ra. Sequat̄ oro sn̄ Do. vob. tm̄ cū oīe⁹ ꝛ Fle.

Deus a quo ꝛ iudas p̄ditoꝛ (oīs) reatus sui penā/et ꝯfessionis sue latro p̄miū sumpsit: cōcede nobis tue p̄piciationis effectū: vt sicut: in passione sua iesus xp̄s dn̄s noster diuersa vtrisqꝫ intulit stipēdia meritoꝝ: ita nobis ablato vetustatis erroꝛe resurrectionis sue gratiā largiat̄. Qui tecum. Subdyacon⁹ legat hanc lectionē ad gradū chori sine titulo hoc modo. ¶ Exodi. xii. ca.

Dixit dn̄s ad moysē ꝛ aarō in terra egypti. Mensis iste vobis principium mensium: p̄mus erit in mēsibus anni. Loquimini ad vniuersū cetū filioꝝum israel: ꝛ dicite eis. Decima die mensis huius tollat vnusquisqꝫ agnū per familias ac domos suas. Sin autē minoꝛ ē numerus vt sufficere possit ad vescendū agnū: assumat vicinū suū qui iunctus est domui eius iuxta numerū aīaꝝ que sufficere possit ad esū agni. Erit enī agnus absqꝫ macula: masculus anniculus. Iuxta quē ritū tolletis ꝛ hedū: et seruabitis eū vsqꝫ ad quartādecimā diē mensis huius. Immolabitqꝫ eū vniuersa multitudo filioꝝ israel ad vesperū: sumentqꝫ de sanguine agni ac ponent sup vtrūqꝫ postē: et in superliminaribus domoꝝ in quibus comedēt illum. Et edēt carnes nocte illa assas igni: et azimos panes cū lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid nec coctū aqua: sed assum tantū igni. Caput cum pedibus eius et intestinis vorabitis:

nec remanebit ex eo q̄cq̄ vsq̄ ma-
ne. Si q̄d residuū fuerit: igne ꝯbu
retis. Sic aūt comedetis illū. Re-
nes vros accīgetis ꝗ calciamenta
habebitis ī pedibus tenētes bacu
los ī manib᷒ / ꝗ comedetis festinā
ter. Est enī phase: id est trāsit᷒ dn̄i
Chorus alternatī dicat tractum.

Eripe me dn̄e ab hoīe malo:
a viro iniquo libera me. V᷒.
Qui cogitauerūt malicias ī corde
tota die cōstituebāt p̄lia. V. Acue-
rūt linguā suā sicut serpētes: vene-
nū aspidū sub labiis eorū. V. Custo
di me dn̄e de manu pctōris: et ab
hoībus iniq̄s libera me. V. Qui co-
gitauerūt supplātare gress᷒ meos
abscōderūt superbi laqueū michi. V.
Et funes extēderūt ī laqueū pedi-
bus meis: iuxta iter scādalū posue
rūt michi. V. Dixi dn̄o de᷒ me᷒ es
tu exaudi dn̄e vocē orōnis mee. V.
Dn̄e dn̄e virt᷒ salutis mee obūbra
sti caput meū ī die belli. V. Ne tra-
das me a desiderio meo pctōri: co-
gitauerūt aduersū me ne derelinq̄s
me ne vnq̄ exaltent. V. Caput cir-
cuitus eorū: labor labiorū ipsorū
operiet eos. V. Veruntamē iusti cōfi
tebūtur noī tuo et habitabūt recti
cū vultu tuo. Sequat passio sine
Dn̄s vobiscū et sine titulo hoc mo
do incipiendo. ¶ Iohānis. xviii. c

Egressus est iesus cum disci
pulis suis trās torrētē cedrō
vbi erat ortus. in quē introiuit ipse
et discipuli eius. Sciebat aūt et iu
das q̄ tradebat eū locū q̄ frequen
ter iesus conuenerat illuc cū discipu
lis suis. Iudas ergo cū accepisset
cohortē: et a pōtificib᷒ ꝗ phariseis
ministros: venit illuc cū laternis et
facibus et armis. Ies᷒ itaq̄ sciens
oīa q̄ ventura erāt sup eū: processit
ꝗ dixit eis. ✠ Quē q̄ritis? c. Respōde
runt ei. s. Iesum nazarenū. c. Di
xit eis iesus. ✠ Ego sum. c. Sta-
bat autē et iudas qui tradebat eū
cum ipsis. Vt ergo dixit eis ego
sum abierunt retrorsum / et ceciderunt in terram. Iterū ergo inter-
rogauit eos. ✠ Quē queritis? c.
Illi autem dixerunt. s. Iesum na
zarenū. c. Respondit iesus. ✠ Di
xi vobis: q̄ ego sum. Si ergo me
queritis: sinite hos abire. c. Vt im
pleretur sermo quē dixit: q̄ quos
dedisti michi / non perdidi ex eis
quēq̄. Symō ergo petrus habens
gladiū eduxit eū: et percussit pon-
tificis seruū: et abscidit auriculam
eius dextrā. Erat autē nomen ser
uo malchus. Dixit ergo iesus pe-
tro. ✠ Mitte gladiū tuum in va
ginam. Calicē quē dedit michi pa
ter: nō vis vt bibā illū? c. Cohors
ergo et tribunus et ministri iude-
orū cōprehenderūt iesū: et ligaue
runt eū / et adduxerūt eū ad annā
primū. Erat enī socer cayphe qui
erat pōtifex anni illius. Erat au-
tem cayphas qui consiliū dederat
iudeis: q̄ expedit vnū hoīem mo-
ri pro populo. Seq̄batur autē ie-
sum symon petrus: et alius disci-
pulus. Discipulus aūt ille erat no
tus pontifici: et introiuit cum iesu ī
atriū pōtificis. Petrus aūt stabat
ad ostium foris. Exiuit ergo disci-
pulus alius q̄ erat notus pōtifici:
et dixit ostiarie / et introduxit petrū
Dixit ergo petro ancilla ostiaria.
s. Nūq̄d et tu ex discipulis es ho-
minis istius? c. Dixit ille. s. Nō sū
c. Stabant autē serui et ministri
ad prunas q̄ frigus erat: et cale-
faciebāt se. Erat aūt cū eis ꝗ petr᷒
stans et calefaciens se. Pōtifex er-
go interrogauit iesum de disci-
pulis suis: et de doctrina eius.

Respondit iesus. ✠ Ego palā lo-
cutus sum mundo. Ego semp̄ do
cui in synagoga et in templo quo
oēs iudei ꝯuenīūt: et in occulto lo
cutus sum nichil. Quid me inter-
rogas? Interroga eos qui audie
runt: q̄d locut⁹ sum ipsis. Ecce hi
sciūt: q̄ dixeri ego. c. Hec aūt cū di
xisset: vnus assistens ministroꝝ
dedit alapā iesu dicēs. s. Sic re-
spōdes pontifici? c. Rñdit ei iesus
✠ Si male locut⁹ sum: testimoni
um perhibe de malo Si aūt bene
q̄d me cedis? c. Et misit eū annas
ligatū: ad cayphā pōtificē. Erat
aūt petrus stans: et calefaciēs se.
Dixerūt ergo ei. s. Numq̄d et tu
ex discipulis eius es? c. Negauit
ille: et dixit. s. Non sum. c. Dixit
ei vnus ex seruis pontificis: co-
gnatus ei⁹ cuius abscidit petrus
auriculā. s. Nōne ego te vidi in or
to cum illo? c. Iterū ergo negauit
petrus: et stati gallus cātauit. Ad
ducunt ergo iesū a cayphā in pre-
toriū. Erat aūt mane. Et ipsi nō
introierūt in pretoriū: vt nō con-
taminarent̄ sed manducarent pa
scha. Exiuit ergo pylatus ad eos
foras: et dixit. s. Quā accusatio-
nē affertis aduersus hoīem hūc?
Rñderunt et dixerunt ei. s. Si
nō esset hic malefactor: nō tibi tra-
didissemus eū. c. Dixit ergo eis
pylatus. s. Accipite eū vos: et se-
cundū legē vestrā iudicate eū. c.
Dixerunt ergo ei iudei. s. Nobis
non licet: interficere quēq̄. c. Vt
sermo iesu impleret̄ quē dixit: signi
ficans qua morte esset moriturus
Introiuit ergo iterū in pretoriū
pylatus: et vocauit iesū et dixit ei
s. Tu es rex iudeorū? c. Respōdit
iesus. ✠ A temetipso hoc dicis: an
alii tibi dixerūt de me? c. Respon
dit pylat⁹. s. Numq̄d ego iudeus
sum? Gens tua et pontifices tra
diderūt te michi. Quid fecisti? c.
Rñdit ies⁹. ✠ Regnū meū nō est
de hoc mundo. Si ex hoc mūdo esset
regnū meū: ministri mei vtiq̄ de-
certarent vt non traderer iudeis.
Nūc aūt regnū meū non est hinc.
c. Dixit itaq̄ ei pylatus. s. Ergo
rex es tu? c. Rñdit ies⁹. ✠ Tu di
cis: q̄ rex sum ego Ego in hoc na-
tus sum et ad hoc veni in mundū:
vt testimoniū perhibeā veritati.
Oīs qui est ex veritate: audit vo-
cē meā. c. Dixit ei pylat⁹ s. Quid
est veritas? c. Et cū hoc dixisset:
iterū exiuit ad iudeos / et dixit eis.
s. Ego nullā inuenio in eo causam
Est aūt cōsuetudo vobis: vt vnū
dimittā vobis in pascha. Vultis
ergo dimittā vobis regē iudeoꝝ?
c. Clamauerūt rursū oēs dicētes
s. Non hunc sed barrabā. c. Erat
aūt barrabas latro. Tūc ergo ap
prehēdit pylatus iesū: et flagella-
uit. Et milites plectētes coronā
de spinis īposuerūt capiti eius: et
veste purpurea circūdederūt eū/
et veniebant ad eū et dicebant. s.
Aue rex iudeoꝝ. c. Et dabāt ei ala
pas. Exiuit iterū pylatus foras: et
dixit eis. s. Ecce adduco vobis eū
foras: vt cognoscatis q̄ in eo nul-
lam causā īuenio. c. Exiuit ergo
iesus portās spineā coronā: et pur
pureū vestimentū / et dixit eis py-
lat⁹. s. Ecce homo. c. Cū ergo vi
dissent eū pontifices et ministri:
clamabant dicētes. s. Crucifige
crucifige eū. c. Dixit eis pylatus.
s. Accipite eū vos: et crucifigite.
Ego enī non inuenio in eo causā.
c. Respōderūt ei iudei. s. Nos le
gem habem⁹: et scdm legem debet
mori: q̄ filiū dei se fecit. c. Cū er-

ti estis: et cogitationes ascendūt
in corda vestra? Uidete man⁹ me
as et pedes meos: qȝ ego ipse sum
palpate et videte: qȝ spūs carnē
ossa nō habet / sicut me videtis ha
bere. Et cum hoc dixisset: ostendit
eis manus et pedes. Adhuc aūt il-
lis non credentibus: et mirātibus
pre gaudio / dixit. Habetis hic ali
quid qđ manducetur? At illi obtule
runt ei partē piscis assi: et fauum
mellis. Et cū māducasset corā eis
sumens reliquias dedit eis. Et di
xit ad eos. Hec sunt verba q̄ locu-
tus sum ad vos: cū adhuc essem vo
biscū. Quoniā necesse est impleri
oīa que scripta sunt in lege moysi
et pphetis et psalmis de me. Tūc
aperuit illis sensū: vt intelligerēt
scripturas. Et dixit eis Quoniam
sic scriptū est: et sic oportebat pa-
ti xp̄m / et resurgere a mortuis die
tercia. Et predicare in noīe ei⁹ pe-
nitentiā et remissionē pctōꝝ: i oēs
gētes. Credo. Offer. Intonuit de
celo dn̄s ꝑ altissim⁹ dedit vocē suā
et apparuerūt fōtes aquaꝝ all'. Se.

Suscipe dn̄e p̄ces ecclesie tue
redēptionis tue gr̄a exultan
tis: vt presentiū munerꝫ fide et tue
resurrectiōis credulitate paschal'
Mun vi. Cōio. Si cōsurrexistis cū
xp̄o que sursū sunt q̄rite allā: vbi
xp̄s est i dextera dei sedens q̄ sursū
sunt capite alleluya. Postcō

Sanctificent nos dn̄e q̄s sum
pta mysteria: et paschalis obser-
uantie sufficiētem nobis tribuat
facultatē. ꝑ C Feria iiii. Officiū.

Uenite benedicti patris
mei / percipite regnū al
leluya: qđ vobis paratū
est ab origie mūdi allā
allā allā. ps Cantate dn̄o canticū
nouū: quia mirabilia fecit Oratio

Deus qui nos resurrectiōis
dn̄ice annua solennitate le-
tificas: concede propicius / vt per
tēpalia festa que agimus / peruenī
re ad gaudia eterna mereamur. ꝑ
eundē. Lectō actuū apl'oꝝ. iii.

In diebus illis: Aperiens pe
trus os suum dixit. Uiri isra
elite: et qui timetis deum audite
Deus abrahā et deus ysaac et de-
us iacob: deus patrū nostrorū glī
ficauit filiū suū iesum quē vos qui
dem tradidistis et negastis ante
faciem pylati: iudicante illo dimit
ti. Uos aūt sanctū et iustum nega
stis: et petitis virum homicidā do-
nari vobis. Auctorem vero vite
interfecistis quem deus suscitauit
a mortuis: cuius nos testes sum⁹
Et nūc frēs scio: qȝ ꝑ ignorātiā fe-
cistis sicut ꝑ pn̄cipes vrī. De⁹ autē
qui prenūciauit ꝑ os oīm pphetā-
rū pati xp̄m suū impleuit sic. Penite
mini igitur ꝑ cōuertimini: vt deleā
tur pctā vrā. Gr. Hec dies quā fe
cit dn̄s exultem⁹ et letemur i ea. ꝟ
Dextera dn̄i fecit virtutē dextera
dn̄i exaltauit me. All'. ꝟ. Surrexit
dn̄s ꝑ occurrēs mulierib⁹ ait aue-
te: tūc accesserūt ꝑ tenuerūt pedes ei⁹

Uictime paschali laudes.
alleluya. Uocis voce solen-
nia Celebrando paschalia. Indi
tū tenera cōgaudeat turma sacro
fonte niuea Spernēs flegetontis
vndas. Nos q̄s lapsas aptemus
fibras arte musica. Note sonora
modificātes prosis neumata. Uo
ce satis tumula. Xp̄s namq̄ mitis
hostia. Factus nostra ob remedia
Crucis pertulit probra Et iugis
vita manens subiit letalia. Fellis
amara passus prelibare pocula.
Uulnera satis tolerauit dira trā
fixus clauis et lancea. Sic patien

do mala gerens nostra descendit
ad yma tartara. Hostis antiq̄ quo
destringens amara reuehit potēs
ampla quando trophea. Sicq̄ de
uicta morte ac resumpta carne re
surgit victor die in tercia. Unde
iam iocūdas ipsi canamus odas.
Per quem nobis vita plausit eter
na et celi clara nobis patescit au-
la cui sit laus p̄clara. S. iohēm. xxi.

IN illo tp̄e. Manifestauit se
iterū ies⁹ discipulis suis ad
mare tyberiadis: maifestauit aūt
sic. Erat autē simul symon petrus
et thomas qui dicit̄ didim⁹: et na-
thaniel qui erat a chana galilee/
et filii zebedei/ et alii ex discipulis
eius duo. Dixit eis symon petrus
Uado piscari. Dicunt ei Uenim⁹
et nos tecū. Et exierūt et ascende
runt in naui: et illa nocte nichil
prendiderunt. Mane aūt facto: ste
tit iesus in littore/ non tamen co-
gnouerunt discipuli q2 ies⁹ est. Di
xit ergo eis iesus. Pueri: nūquid
pulmētariū habetis? Responde-
runt ei. Non. Dixit eis. Mitte in
dexteram nauigii rethe: et inuene
tis. Miserūt ergo rethe: et iā non
valebāt illud trahē p̄ multitudie
pisciū. Dixit ergo discipulus ille
quē diligebat iesus: petro. Domi-
nus est. Symon petrus cū audis-
set q2 dn̄s est tunica succinxit se.
(Erat eni nudus:) et misit se in ma
re. Alii aūt discipuli: nauigio ve-
nerunt. Non eni longe erāt a ter-
ra: sed quasi cubitis ducentis tra-
hentes rethe piscium. Ut ergo de
scenderūt in terram: viderunt pru
nas positas et piscē suppositū et
panem. Dixit eis ies⁹ Afferte de pi
scibus quos p̄didistis nūc. Ascen
dit symon petrus: et traxit rethe
i terrā plenā magnis piscib⁹ cen
tū quinquagintatribus. Et cū tāti
essent: nō est scissū rethe. Dixit eis
iesus. Uenite prandete. Et nemo
audiebat discūbentium iterroga-
re eū: tu quis es: scientes q2 dn̄s est.
Et venit iesus et accepit panē et
dedit eis: et piscē similiter. Hoc iā
tercio manifestatus est iesus disci
pulis suis: cū resurrexisset a mor-
tuis. Credo. Offer. Portas celi ape
ruit dn̄s et pluit illis manna ut
ederēt panē celi dedit illis: panē an
geloꝝ mādūcauit hō all'a. Secre.

SAcrificia dn̄e paschalibus
gaudiis imolata nobis tue
propiciationis mun⁹ obtineāt: q̄
bus ecc'ia tua mirabiliter pascit
et enutritur. p. Cōio. Xp̄us resur-
gēs ex mortuis iā nō morit̄ mors
illi vltra nō dn̄abit̄ al. al. Postco.

AB omni nos dn̄e q̄s vetusta
te purgatos: sacramenti tui
venerandos perceptio in nouā trā
ferat creaturam. Per dominum.
Feria quinta. Ad missā. Offi.

UIctricē manū tuā dn̄e
laudauerūt pariter al-
leluya: q2 sapiētia ape-
ruit os mutum et lin-
guas infantiū fecit disertas all'a
all'a ꝓ. Confitemī dn̄o q̄m bonus
q̄m in seculū misericordia eius. Or.

DEus qui aduersitatem gen
tium in confessione tui nomi
nis adunasti: da vt renatis fonte
baptismatis/ vna sit fides mentiū
et pietatis actionum. Per dominū.
Lectio actuum apostolorum. viii.

IN diebus illis. Angelus dn̄i
locutus est ad philippum di-
cens. Surge et vade contra meri
dianum ad viam que descendit ab
hierusalem in gazam: hec est deser
ta. Et surgens abiit. Et ecce ethi-
ops eunuchus potens candacis re

gine ethiopū q erat super oēs gazas eius venerat adorare in hierusalem: et reuertebat sedens sup currū suū / legensq ysaiā prophetam. Dixit aūt spūs philippo. Accede: et adiunge te ad currū istum. Accurrēs aūt philippus: audiuit eum legentē ysaiā prophetā / et dixit. Putas ne intelligis quē legis? Qui ait. Et quō possū itelligē: nisi aliqs ostēderit michi. Rogauitq philippū vt ascenderet: et sederet secū. Locus aūt scripture quā legebat: hic erat. Tanq̄ ouis ad occisionē ductus est: et quasi agn⁹ corā tondente se sine voce / sic non aperuit os suū. In hūilitate iudiciū eius sublatū est. Generationē ei⁹ quis enarrabit: qm̄ tollet de terra vita eius. Respōdens autē eunuchus philippo dixit. Obsecro te de quo ppheta dicit hoc: de se / an de alio aliquo? Aperiēs aūt philippus os suū / et incipiens a scriptura ista: euāgelizauit illi iesum. Et dū irent per viā: venerūt ad quandā aquā. Et ait eunuch⁹. Ecce aqua. Quis prohibet me baptizari? Dixit aūt philippus. Si credis ex toto corde: licet. Et respōdens ait. Credo filiū dei: esse iesū xpm. Et iussit stare currū: et descēderūt vterq in aquā philippus et eunuch⁹ / et baptizauit eū. Cum autē ascendissent de aqua: spirit⁹ dñi rapuit philippū / et ampli⁹ nō vidit eū eunuch⁹. Ibat aūt p viā suā gaudēs: philippus aūt īuēt⁹ est in azoto. Et pertransiens euāgelizabat ciuitatib⁹ cūctis: donec veniret cesareā nomē dñi nostri iesu xpi. Grad. Hec dies quā fecit dñs exultem⁹ et letemur in ea. ℣. Lapidē q̄ reprobauerūt edificātes hic fact⁹ est in caput anguli: a dño factum est istud / et est mirabile in oculis nostris. Non repetatur gr̄. Alla. ℣. In die resurrectionis mee dicit dñs precedam vos in galileā. Sequen. Dic nobis quibus e terris noua. Cunctis mundo nuncians gaudia. Nostrā cursus visitans patriā. Respondens placido vultu: clara voce dicit alleluya. Angelus michi de christo indicauit pia miracula. Resurrexisse dominū syderum cecinit voce laudāda. Mox ergo pennas volucris vacuas dirigens leta per auras. Redijt famulis et dixit vacuatam legem veterē et nouam regnare gratiam. Itaq plaudite famuli voce clara christus hodie redemit nos a morte dira. Pater filium tradidit seruis vt interimerent pro salute nr̄a. Sponte subijt filius mortem vt nos redimeret morte ab eterna. Nunc requiē capere licet omnibus et vita frui perpetua. Nunc tollite pariter mecum famuli celebri laude sanctum pascha. Christus est pax nostra.

Secundum iohannem. xx. capit.

In illo tempore: Maria stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret inclinauit se: et prospexit in monumentū. Et vidit duos angelos in albis sedentes: vnum ad caput et vnum ad pedes / vbi positum fuerat corpus iesu. Dicunt ei illi. Mulier quid ploras? Dixit eis. Quia tulerunt dominū meū: et nescio vbi posuerunt eum. hec cū dixisset cōuersa est retrorsum: et vidit iesum stantē et nesciebat quia iesus est. Et dixit ei ies⁹. Mulier quid ploras? Quem queris? Illa existimans quia ortolanus esset: dixit ei. Dñe si tu sustulisti eum dicito

michi vbi posuisti eũ:et ego eum
tollã. Dixit ei iesus. Maria. Con
uersa illa:dixit ei. Rabboni:qđ di
citur magister. Dixit ei iesus. No
li me tangere: nõ dũ eni ascẽdi ad
patrẽ meũ. Uade autẽ ad fratres
meos:et dice is. Ascendo ad patrẽ
meũ et patrẽ vestrũ: deũ meũ et
deum vestrũ. Uenit ergo: maria
magdalene annũciãs discipulis:
quia vidi dñm / et hec dixit michi.
Credo. Offr. In die solennitatis
vestre dixit dñs iducam vos i ter=
rã fluentẽ lac ꝫ mel alleluya. Se.

Suscipe q̃s dñe munera po=
pulorũ tuorũ ꝓpicius: vt con=
fessione tui nois et baptismate re
nouati sempiternã btitudinem cõ
sequant. Cõ. Pp̃ls acq̃sitiõis ãnũ
ciate vtutes ei9 allã. q vos de tene
bris vocauit i admirabile lumẽ suũ

Exaudi dñe pces no. Postcõ.
stras:vt redẽptionis nostre
sacrosãcta cõmercia: ꝫ vite nobis
cõferant presenti auxiliũ/et gau=
dia sempiterna concilient. Per d.

Feria sexta. Ad missã. Officiu.

Duxit eos dñs in spe al
leluya:et inimicos eorũ
operuit mare allã allã
alleluya. ℣. Attẽdite po
pule meus legẽ meã:iclinate aurẽ
vestram i verba oris mei. Oratio.

Omnips sempiterne deus qui
paschale sacramentũ in re
conciliationis humane federe q̃
tulisti: da mentibus nostris vt qđ
professiõe celebramus imitemur
effectu Per dñm nostrum. Lectio
epystole beati petri apli. i.iii. ca.

Carissimi: xp̃us semel ꝓ pec
catis nostris mortuus est/
iustus pro iniustis: vt nos offer=
ret deo mortificatos quidẽ carne
viuificatos aũt spũ. In quo ꝫ his
qui in carcere cõclusi erant spũali
ter veniens predicauit: qui incre=
duli fuerant aliquando quãdo ex=
pectabant dei patientiã in diebus
noe cum fabricaret archa/in qua
pauci id est octo aie salue facte sũt
per aquã. Quod et vos nũc similis for=
me saluos facit baptisma:non car
nis depositio sordiũ/sed conscien
tie bone iterrogatio in deũ. Per
resurrectionẽ dñi nr̃i iesu xp̃i: q̃ est
i dextera dei. Gr. Hec dies quã fe
cit dñs exultem9 et letemur i ea. ℣.
Benedictus qui venit in noie dñi
deus dñs illuxit nobis. non repe=
tat Gr. Allã. ℣. Dicite in gẽtib9
q2 dñs regnauit a ligno. Seq̃ntia

Uictime paschali laudes in
molant xp̃iani Agnus rede
mit oues xp̃s innocẽs patri recõ=
ciliauit pctõres Mors et vita du
ello ɔflixere mirãdo dux vite mor=
tuus regnat viuus Dic nobis ma
ria qđ vidisti in via? Sepulchrũ
xp̃i viuẽtis et gloriã vidi resurgẽ
tis Angelicos testes sudariũ et ve
stes. Surrexit xp̃s spes nr̃a prece
det suos in galileã. Credendũ est
magis soli marie veraci q̃ iudeorũ
turbe falaci. Scimus xp̃m surre=
xisse a mortuis vere tu nobis vi=
ctor rex miserere. S. math. xxviii.

In illo tp̃e Undeci discipuli
abierũt in galileã: in mõtẽ
vbi constituerat illis iesus Et vi=
dentes eũ adorauerũt: quidã aũt
dubitauerũt. Et accedens iesus:
locutus est eis dicẽs. Data est mi=
chi ois potestas in celo: ꝫ in terra
Euntes ergo docete oẽs gentes:
baptisantes eos in noie patris ꝫ
filii et spũssancti. Docẽtes eos ser
uare oĩa/quecũq̃ mandaui vobis
Et ecce ego vobiscũ sum oib9 die=
bus: vsq̃ ad cõsũmationem seculi

Credo. Offe. Erit vobis hec dies memorialis all'. & diē festū celebrabitis solēnē dn̄o i ꝓgenies vr̄as legitimū sempiternū diē allā al'. al'. Se.

Hostias q̄s dn̄e placat⁹ assume: quas et pro renatoꝝ expiatione pctī deferimus: et p acceleratione celestis auxilii ꝑ. Cōio.

Data est michi oīs ptās i celo & in terra allā. eūtes docete oēs gētes baptizātes eos i noīe pris & filii & spūssancti allā alleluya. Postcōio

Deus qui adoptionis tue sobolem peccatoꝝ remissione genuisti: da vt cūcti fideles tui veraciter apprehendant/que presentibus susceperūt sacramētis. Per

¶ Sabbato. Ad missā. Officium.

Eduxit dn̄s populū suū in exultatiōe allā. & electos suos i letitia al'. al'. ps. Cōfitemi dn̄o et inuocate nomen eius annunciate inter gentes opera eius. Oratio

Concede q̄s oīps deus: vt q̄ festa paschalia venerādo egim⁹: per hec cōtingere ad gaudia eterna mereamur. Per dominū nr̄m

Lectio epl'e beati petri apli. i. ii. c.

Carissimi. Deponentes igit oēm malicia: et omnē dolū et simulationes et inuidias & oēs detractiones/sicut modo geniti infantes rationabiles & sine dolo lac cōcupiscite vt in eo crescatis in salutē. Si tamen gustatis: qm̄ dulcis est dn̄s. Ad quē accedētes lapidem viuū ab hoībus quidē reprobatū: a deo aūt electum et honorificatū. Et ipsi tanq̄ lapides viui superedificamini domos spirituales: sacerdotiū sanctū/offerre spirituales hostias acceptabiles deo/per iesū xp̄m. Propter quod continet scriptura. Ecce ponā in syō lapidem summū angularē probatū electū preciosū: et oīs qui crediderit in eū non ↄfundet. Vobis igitur honor credētibus: non credentib⁹ autē lapis quē reprobauerūt edificantes: hic factus est in caput anguli. et lapis offensionis et petra scandali his qui offēdunt verbo/nec credūt in quo et positi sūt Vos aūt estis genus electū regale sacerdotiū/gēs sācta/ populus acq̄sitionis: vt virtutes annuncietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suū. Qui aliquādo nō ppl's dei: nūc aūt populus dei. Et qui nō ↄsecuti mīaꝫ nunc aūt miam cōsecuti. Duo pueri in superpellicis in pulpito dicant. Allā. v. Hec dies quam fecit dn̄s exultemus et letemur i ea. nō repetatur. al'. post suum. q̄ qn̄ duo allā. habētur. s; secūdū alleluya. semper repetal' post suū v̄su. similiter fiat quando vnū solum allā. habet. Deinde alii duo pueri ad gradū chori i superpellicis cātēt hoc Al'. v. Laudate pueri dn̄i: laudate nomē dn̄i & finiat a choro: statim sequal' all'⁹ v⁹. ab eisdē pueris v. Sit nomē dn̄i bn̄dictū ex hoc nūc et vsq; in sclm similiter finiatur a choro. Deīde repetatur. Alleluya sine neuma. Sequentia.

Mane prima sabbati surgens dei filius nostra spes & gloria. Victo rege sceleris rediit ab inferis cū sūma victoria. Cui⁹ resurrectio oīm plena gaudio ↄsolatur oīa. Resurgentis itaq; maria magdalene facta est preuūcia. Ferens xp̄i fratribus eius morte tristibus expectata gaudia. O beati oculi quibus regē seculi morte iā deposita prima est intuita. Hec est illa femina cui⁹ cūcta crimina ab

christi vestigia eius lauit gratia Nuc dñi plorat et mẽs orat facto clamat qd cor amat iesũ super oĩa Non ignorat quẽ adorat quid precetur sed delet quod mẽs timet cõscia. O maria mater pia stella maris appellaris operũ per merita. Matri xp̃i coequat adum fuisti sic vocata sed honore subdita. Illa mũdi imperatrix ista beata peccatrix leticie p̃mordia fuderũt in ecclesia. Illa enĩ fuit porta per quã fuit lux exorta hec resurgẽtis nuncia mundũ replet leticia O maria magdalena audi vota laude plena apud xp̃m chorũ istũ clemẽter consilia Ut fons sũme pietatis q̃ te lauit a peccatis seruos suos atq̃ tuos mundet data venia. Amẽ. dicant omnia. Scdm iohãnẽ. xx. c.

IN illo tp̃e: Una sabbati maria magdalene venit mane cũ adhuc tenebre essent ad monumentũ: et vidit lapidẽ sublatũ a monumento. Cucurrit ergo et venit ad symonem petrũ: et alium discipulũ quẽ diligebat iesus / et dixit eis. Tulerũt dñm meum de monumẽto: ꝛ nescio vbi posuerũt eũ. Exiit ergo petrus et ille alius discipulus: et venerunt ad monumentũ. Currebãt aũt duo simul: et ille alius discipulus precucurrit citius petro / et venit prior ad monumentũ. Et cũ se inclinasset: vidit lintheamina posita / nõ tamẽ introiuit. Uenit ergo symõ petrꝰ sequẽs eũ: ꝛ introiuit in monumẽtũ. Et vidit lintheamina posita: et sudariũ qd fuerat sup caput eiꝰ nõ cũ lintheamibus positũ / sed separatim inuolutũ in vnũ locũ. Tũc ergo introiuit et ille discipulus q̃ venerat primꝰ ad monumentũ: ꝛ vidit et credidit. Nondũ eñi sciebãt scripturas: q꞉ oportebat eũ a mortuis resurgere. Credo. Offm̃. Bñdictus q̃ venit in noĩe dñi: bñdiximus vobis de domo dñi deus dñs ꝛ illuxit nobis. allã. allã. Sꝫ.

COncede q̃s dñe semper nos per hec mysteria paschalia gratulari: vt cõtinua nostre reparationis operatio: perpetue fiat nobis causa leticie. Per dñm. Cõio. Oĩs qui in christo baptizati estis christũ induistis alleluya. Postcõ.

REdemptionis nostre munere vegetati q̃s dñe: vt hoc perpetue salutis auxilio fides semper vera proficiat. Per dñm nr̃m.

¶ Dñica in octa. pasche. Officiũ.

REsurrexi et adhuc tecum sum allã. posuisti super me manũ tuã allã. mirabilis facta est sciẽtia tua allã. alĩ. ꝑ. Dñe pbasti me ꝛ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meã ꝛ resurrectionẽ meã Glia. Or. Deus qui hodierna die. vt s̃ in die pasche: et nulla fiet mẽoria de dñica. Epystola. Expurgate vetꝰ ḟre supra i die pasche. Loco gr. dr. Al. v. Pascha nostrũ imolatꝰ est christus. Scdm Allã. v. Angelus dñi descẽdit de celo et accedens reuoluit lapidẽ ꝛ sedebat sup eũ. Seq.

LAudes saluatori voce modulemus supplici. Et deuotis melodiis celesti dño iubilemꝰ messye. Qui seipsũ exinaniuit vt nos perditos liberaret hoĩes Carne gloriã deitatis occulẽs. Pãnis tegit in presepe miserãs precepti transgressorẽ pulsum patria paradisi nudulũ. Ioseph marie symeoni subditur. Circuncidit ꝛ legali hostia mundat vt petõꝛ nostra q̃ solet relaxare crimia. Serui subit manꝰ baptizãdus et pfert frau-

des tẽtatoris fugit persequẽtium
lapides. Famẽ patiẽ dormit et tri
statur ac lauat discipulis pedes te
rus hō sūmus hūilis. Sed tamen
inter hec/abiecta corporis. Eius
deitas nequaq̄ quit latere signis
variis et doctrinis predita. Aquā
nuptiis dat saporis vini. Cecos
oculos claro luie vestiuit/ lepram
lucidam tactu fugat placido. Pu=
tres suscitat mortuos mēbraq̄ cu
rat debilia. Fluxū sanguinis con=
strinxit et saturauit quiq̄ de pani
bus quina milia. Stagnum pera
grat fluctuās ceu siccū littus ven-
tos cedat. Linguā reserat ꝯstrictā
recludit aures priuatas vocibus/
febres depulit Post hec mira mi=
racula taliaq̄. Sponte sua cōpre=
hendit et dānat. Et se crucifigi nō
desperit. Sed sol eius mortē non
aspexit Illuxit dies quā fecit dñs
Mortē deuastans ꝑ victor suis ap=
parens dilectoribus viuus. Pri=
mo marie dehic aplis. Docēs scri
pturas cor aperiēs vt clausa de ip
so reserarent Fauent igitur resur
genti xp̄o cuncta gaudiis. Flores
segetes rediuiuo fructu vernant.
Et volucres gelu tristi terso dul=
ce iubilant. Lucēt clarius sol et lu
na morte christi turbida. Tellus
herbida resurgenti xp̄o plaudit q̄
tremula eius morte se casurā nun
ciat. Ergo die ista exultemus qua
nobis viā vite resurgens patefe=
cit iesus. Astra solū mare iocundē
tur et cūcti gratulenē in celis spi=
ritales chori trinitati. Euangel.
Ouez. Secre. vt supra in die pas=
che. Infra canonem. Cōmunican
tes. et. Hanc igitur oblat. Cetera
oia sicut in die pasche dicuntur.
¶ Ista dominicalis per ebdo=
madam dicitur. Officium.

Quasi modo geniti infā
tes alleluya rationabi
les sine dolo lac concu=
piscite alleluya allā al=
leluya. ps. Exultate deo adiutori
nostro: iubilate deo iacob. Nō dici
tur; Gloria i excelsis nisi ferius p
totum annū quādo de feriis agi=
tur. nec Ite missa est. Oratio.
Presta quesum⁹ oṗs deus.
vt qui paschalia festa pere=
gimus: hec te largiente moribus
et vita teneamus Per dñm In oī
bus ferus pasche tp̄e/et in oibus
festis triū lect. siue regimie chori/
dicūt tres collecte sicut in ꝑma dñi
ca aduentus dñi prenotatum est.
¶ Lectio epl̄e bti iohānis apl̄i. i. v.
Carissimi: Omne quod natū
est ex deo: vincit mūdū. Et
hec est victoria que vincit mūdum:
fides nostra. Quis est aūt qui vin
cit mundū: nisi qui credit qm̄ ies⁹
est filius dei? Hic est qui venit per
aquā et sanguinē: iesus xp̄s. Non
in aqua solū: sed in aqua et sāgui=
ne. Et sp̄us est qui testificat: quo=
niā xp̄s est veritas. Qm̄ tres sunt
qui testimoniū dāt in celo: pater/
verbum/et sp̄ussanctus. et hi tres
vnum sunt. Et tres sunt qui testi=
moniū dant i terra. sp̄us aqua et
sanguis/et hi tres vnuz sunt. Si
testimoniū hoim accipimus: testi
moniū dei mai⁹ est. Quoniā hoc
est testimoniū dei quod maius est
qz testificat⁹ est de filio suo. Qui
credit in filiū dei: habet testimo=
niū dei in se. In loco gr̄ dicat hoc
All̄ Post dies octo ianuis clausis
stetit ies⁹ i medio discipulor suor ⁊
dixit par vobis. All̄. Angel⁹ dñi
descēdit de celo ⁊ accedēs reuoluit
lapidē et sedebat sup eū. Alius v.
Nūdēs aūt āgel⁹ dixit mulierib⁹

quē queritis/ille aūt dixerūt/iesū nazarenū. Isti duo ṽ. per ebdo. al ternis vicib⁹: ita tū q ṽ. Respondēs pmo dr qn̄ de feria agit. Et si nulla feria per hanc ebdo. ad hoc vacauerit/tūc vltim⁹ ṽ. eo āno oīno pretermittat. Et notandum est q omi die p hoc idē tp̄s dicunt duo Allā ad missā de quocūq fiat seruitiū/ except; vigiliis pasche/ascē siōis/ & pēth. & nisi in missis que in pcessiōe dn̄i ¶ Scd̄m iohannē xx.

In illo tp̄e: Cū esset sero die illo vna sabbatorū / & fores essent clause vbi erāt discipuli cō gregati propter metū iudeorū: venit iesus et stetit in medio/ et dixit eis. Pax vobis. Et cum hoc dixisset: ostendit eis manus et latus. Gauisi sunt ergo discipuli: viso dn̄o. Dixit ergo eis iterū. Pax vobis. Sicut misit me pater: et ego mitto vos. Hec cū dixisset: insufflauit et dixit eis. Accipite spiritū sanctū: quorū remiseritis pc̄tā/remittunt eis. Et quorū retinueritis: retenta sunt. Thomas autem vnus ex duodecim qui dicit didimus: nō erat cū eis quando venit iesus. Dixerūt ergo ei alii discipuli. Vidimus dn̄m. Ille autē dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixurā clauorū/ et mittā digitū meum in locū clauorū / et mittā manū meā in latus ei⁹: nō credā. Et post dies octo iterū erāt discipuli eius intus: et thomas cū eis. Venit iesus ianuis clausis: et stetit in medio et dixit eis. Pax vobis. Deinde dixit thome. Infer digitū tuum huc/ et vide man⁹ meas/ & affer manū tuā et mitte i lat⁹ meū: et noli esse incredulus sed fidelis. Respondit thomas: et dixit ei. Dn̄s meus: et deus meus. Dixit ei iesus. Quia vidisti me thoma credidisti: bti qui nō viderūt et credi derunt. Multa quidē & alia signa fecit iesus i conspectu discipulorū suorū: que nō sunt scripta in libro hoc. Hec aūt scripta sunt vt credatis: qr iesus est xp̄s filius dei. Et vt credētes vitā habeatis: i noīe ei⁹. Offer. Angelus dn̄i descendit de celo et dixit mulierib⁹: quē queritis surrexit sicut dixit allā. Secreta.

Suscipe munera dn̄e q̄s exultantis ecclesie: & cui causam tanti gaudii cōtulisti: perpetuum fructū concede leticie. Per. Cōio. Mitte manū tuā & cognosce locū clauorū allā. & noli esse incredulus sed fidelis allā allā. Postcōio.

Quesumus dn̄e deus noster: vt sacrosancta misteria que pro reparationis nostre munimine contulisti: et presens nobis remediū esse facias et futurū. Per.

¶ Feria. iiii. Ad corinthios. i. xv.

Fratres: Si xp̄s predicat q resurrexit a mortuis: quomodo quidam dicūt in vobis qm̄ resurrectio mortuorū non est. Si aūt resurrectio mortuorū non est: neq xp̄s resurrexit. Si autē christus nō resurrexit: inanis est predicatio nostra/ inanis est et fides vestra. Inuenimur aūt et falsi testes dei qm̄ testimoniū dixim⁹ aduersus deum/ q suscitauerit christum: quē nō suscitauit si mortui non resurgūt. Nam si mortui nō resurgūt: neq xp̄s resurrexit. Quod si xp̄s non resurrexit: vana est fides vestra. Adhuc enī estis in peccatis vestris. Ergo et qui dormierunt in christo: perierunt. Si in hac vita tantū in xp̄o sperantes sumus: miserabiliores sumus oībus hoībus. Nunc aūt xp̄s resur

rexit a mortuis: primitie dormien
tiũ. Quoniquidẽ p hoiem mors: et p
hoiem resurrectio mortuoꝝ. Et si
cut i adã oẽs moriunt: ita et i xp̃o
oẽs viuificabũtur. Unusqsq; aũt
in suo ordine. Per iesũ xp̃m dñm
nostrũ. Secundum marcũ. xvi. c.

IN illo tp̃e: Surgens iesus
mane prima sabbati: appa=
ruit primo marie magdalene / de
qua eiecerat septẽ demonia. Illa
vadens nũciauit his qui cũ eo fue
rant: lugẽtibus et flentibus. At il
li audiẽtes q2 viueret et visus es=
set ab ea: non crediderunt. Post
hec aũt duobus ex his ambulan=
tibus: ostẽsus est in alia effigie eũ
tibus in villã. Et illi eũtes nũcia=
uerũt ceteris: nec crediderũt illis.
¶ Feria sexta. Ad hebreos. xiii. c.

FRatres: obedite prepositis
vr̃is: et subiacete eis. Ipsi ei
puigilãt quasi rationẽ p aiab⁹ ve
stris reddituri: vt cũ gaudio hoc
faciãt et nõ gemẽtes. Hoc ei non
expedit vobis: orate p nobis. Cõ=
fidim⁹ eni q2 bonã conscientiã ha
bemus i oĩbus benevolẽtes cõuer
sari. Ampli⁹ autẽ deprecor vos hoc
facere: quo celeri⁹ restituar vobis
Deus aũt pacis qui eduxit de mor
tuis pastorẽ magnũ ouiũ i sãgui=
ne testamẽti eterni dñm nostrũ ie
sũ xp̃m aptet vos in oĩ opere bo=
no: vt faciatis volũtatẽ ei⁹ faciẽs
in vobis qđ placeat corã se p iesũ
xp̃m cui est glĩa: in secula seculoꝝ.
Amen. Secundũ matheũ. xxviii.

IN illo tp̃e: Exierunt mulie=
res de monumẽto cum timo
re et gaudio magno: currẽtes nũ=
ciare discipulis eius. Et ecce iesus
occurrit illis dicens: Auete. Ille
aũt accesserunt et tenuerũt pedes
eius: et adorauerũt eũ. Tũc ait il
lis iesus. Nolite timere. Ite / nũci
ate fratribus meis vt eãt i galileã
ibi me videbũt. Que cũ audissẽt:
ecce quidã de custodibus venerũt
in ciuitatem ꝛ nũciauerũt princi=
pibus sacerdotũ omnia que facta
fuerant. Et congregati cũ seniori
bus cõsilio accepto: pecuniam co=
piosam dederunt militib⁹ dicẽtes
Dicite q2 discipuli eius nocte ve=
nerunt: et furati sũt eũ vobis dor
mientib⁹. Et si hoc auditũ fuerit
a preside: nos suadebimus ei / ꝛ se
curos vos faciemus. At illi acce=
pta pecunia: fecerũt sicut erãt edo=
cti. Et diuulgatũ est verbũ istud
apđ iudeos: vsq; in hodiernũ diẽ.
¶ Sciendũ est q i oĩ festo cũ reg.
cho. ab oc. pas. vsq; ad ascẽ. do. fm
Allã. erit vnum de subscriptis: di
ctis qbus reincipiant: et sũt nouẽ
in nũero. Allã. ℣. Mane nobiscũ
dñe q2 declinata est iã dies ad ves
perũ. Allã. ℣ Oportebat pati xp̃m
et resurgere a mortuis: et ita intra=
re in gloriã suã. Allã. ℣ Xp̃s resur
gẽs ex mortuis iã nõ morit: mors
illi vltra nõ dñabit. Allã. ℣. Sur=
rexit altissimus de sepulchro: q p
nobis pepẽdit i ligno. All. ℣. Sur
rexit xp̃s ꝛ illuxit populo suo: quẽ
redemit ipse de sãguine suo. All. ℣
Christus mortuus est propter de=
licta nr̃a: ꝛ surrexit ppter iustifica
tionẽ nr̃am. All. ℣. Surgens iesus
dñs noster stetit in medio discipu=
lorum suorũ et dixit pax vobis. Al
℣. Surrexit dñs et occurrẽs muli
eribus ait. auete. tũc accesserũt et
tenuerunt pedes eius. Allã. ℣. In
die resurrectiõis mee dicit dñs pre
cedam vos in galileam. Si in hac
dñica vel in sequẽtibus fiat seruı=
tiũ de aliquo festo cum regie chori
runt ad missã. scꝫ. Allã. non erit

de dñica/sed vnū erit de nouē pre
dictis per ordinem. ¶ Dñica scd'a
post pascha/hac die et oībus dñi-
cis diebus vsq ad asceñ. dñi dicit
missa de resurrectione sicut in die
pasche preter gr. et Communican-
tes et Hanc igitur. sed nulla fiat
memoria de dñica. ad missā de re-
surrectione. et semp dī sequentia
Victime paschali. Et si festū ali-
cuius sancti cū regi. chori in dñi-
ca euenerit: tūc de festo dicit missa
et memoria de resur. sz nō de dñica
¶ Notandū est q in oībus dñicis
a pascha vsq ad asceñ. erit primū
Allā. ꝟ. Pascha nostrū. et secūdū
Alleluya. de sua dñica. lz qd plus
facit mētionē de resur. qd est vlti-
mū. Et semp ifra predictū tps de
quocūq dī missa /fiat memoria de
resurrc. cū hac oratione. Deus qui p
vnigenitū. nisi in inuentione scte
crucis. Missa vero dñicalis per
ebdo. dicit cū prefatiōe q̄tid. Et si
nulla feria per ebdo. vacauerit a
festo: tunc in dñica in capitulo dī
missa dñicalis ebdo. scde. Officiū

M Isericordia dñi plena
est terra allā. verbo dñi
celi firmati sūt alleluya
allā. Ps. Exultate iusti
i dño: rectos decet collaudatio. Or.

D Eus qui in filii tui humilita-
te iacentē mundū erexisti:
fidelibus tuis perpetuā cōcede le-
ticiā: vt quos perpetue mortis eri-
puisti casibus: gaudiis facias sē-
piternis perfrui. Per eundē dñm
Lectio epte beati petri apli. i. ii. c.

C Arissimi: Xps passus est pro
nobis vobis relinquēs ex-
emplū: vt sequamini vestigia ei⁹.
Qui peccatū non fecit: nec inuentus
est dolus in ore ei⁹. Qui cū male
diceret: nō maledicebat. Cū pate-
retur: non cōminabat. Tradebat
aūt iudicāti se iniuste qui pctā no-
stra ipse ptulit in corpore suo super
lignū: vt petis mortui iusticie vi-
uam⁹/cui⁹ liuore sanati estis. Era-
tis enī sicut oues errātes: sz cōuer-
si estis nūc ad pastorē et episcopū
aiarū vrar. Allā. ꝟ. Ego sū pastor
bon⁹ et cognosco oues meas et co-
gnoscūt me mee. al. ꝟ. Surrexit pa-
stor bon⁹: qui posuit animā suā p
grege suo. Secūdū iohannem

I N illo tpe: Dixit iesus disci-
pulis suis. Ego sum pastor
bonus. Bon⁹ pastor aiam suā dat
pro ouibus suis. Mercenari⁹ aūt
et q nō est pastor cui⁹ nō sūt oues
proprie: videt lupū venientē/et di-
mittit oues et fugit. Et lupus ra-
pit: et dispergit oues. Mercenari-
us aūt fugit q mercenarius est et
nō pertinet ad eū de ouibus. Ego
sū pastor bon⁹. Et cognosco oues
meas et cognoscūt me mee. Sicut
nouit me pater: et ego agnosco pa-
trem. Et aiam meā pono pro oui-
bus meis. Et alias oues habeo q
nō sunt ex hoc ouili/et illas opor-
tet me adducere: et vocē meā audi-
ent. Et fiet vnū ouile: et vnus pa-
stor. Offr. Deus de⁹ me⁹ ad te de
luce vigilo et i noīe tuo leuabo ma-
nus meas. Allā. Secreta.

B Enedictionē nobis dñe cō-
ferat salutarē sacra semp oblatio
vt qd agit mysterio virtute perfi-
ciat. Per dñm. Cōio. Ego sū pastor
bon⁹ al: et cognosco oues meas et
cognoscūt me mee. al. allā. Pocō.

P Resta nobis omnipotēs et
misericors deus: vt viuifi-
cationis tue gratiā consequentes
in tuo semper munere gloriemur
Per dñz. Feria quarta. Lectio
epistole beati petri apostoli. i. i. c.

Charissimi: Scientes q non
corruptibilib⁹ argento vel
auro redempti estis de vana ve-
stra cõuersatione paterne traditi
onis: sed precioso sanguine quasi
agni incontaminati et immaculati
xpi. Precogniti quidem ante mun
di constitutionẽ: manifestati autẽ
nouissimis tẽporib⁹ propter vos
qui per ipsum fideles estis in deũ.
Qui suscitauit eum a mortuis et
dedit ei gloriam: vt fides vestra et
spes esset in deo. Animas vestras
castificantes: in obedientia carita
tis/in fraternitatis amore/simpli
ci et corde attentius inuicem dili
gite/renati nõ ex semie corruptibili
sed incorruptibili/p verbũ dei viui
et pmanẽtis. Qz ois caro vt fenũ
et omnis gloria eius tanq̃ flos fe
ni. Exaruit eni fenum: et flos eius
decidit. Verbũ autẽ dñi: manet in
eternum. Secũdum lucam. xxiiii.

In illo tẽpore: Una sabba-
ti valde diluculo venerunt
mulieres ad monumẽtũ: portan-
tes que parauerant aromata. Et
inuenerũt reuolutũ lapidẽ a mo-
numento: et ingresse non inuene-
runt corpus dñi iesu. Et factũ est
dũ mente cõsternate essent de isto
ecce duo viri steterũt iuxta illas i
veste fulgenti. Cum timerent au-
tem et declinarent vultũ in terrã:
dixerunt ad illas. Quid queritis
viuentẽ cũ mortuis? Non est hic:
sed surrexit. Recordamini quali-
ter locutus est vobis cũ adhuc in
galilea esset dicens. Quia opor-
tet filium hois tradi in man⁹ ho-
minũ peccatorũ et crucifigi: ꝯ ter-
cia die resurgere. Et rememorate
sunt verborũ eius: ꝯ regresse a mo-
numento nunciauerunt hec oĩa il
lis vndecim et ceteris omnibus.
Erat autem maria magdalene ꝯ
iohanna et maria iacobi: et cetere
que cũ eis erant q̃ dicebãt ad apo
stolos hec. Et visa sunt aute illos
sicut deliramenta verba ista et nõ
credebant illis. Petrus autem sur
gens cucurrit ad monumẽtũ: ꝯ p
cũbẽs vidit lintheamĩa sola posi-
ta. Et abiit secũ mirãs: qd factum
fuerat. ¶ Fe. vi. Ad romanos. v. c.

Fratres: sicut per vnius de-
lictũ in oẽs hoies in cõdẽna
tionẽ: sic et per vnius iusticiam in
omẽs hoies in iustificationẽ vite.
Sicut eni per inobedientiã vni⁹
hois pctõres constituti sunt mul-
ti: ita et per vnius obedientiã/iu-
sti constituẽtur multi. Lex autem
subintrauit: vt abundaret delictũ.
Ubi aũt abundauit delictũ: supa
bũdauit et gratia. Ut sicut regna
uit peccatũ in mortem: ita et gra-
tia regnet per iusticiã in vitã eter
nam. Per iesum christum: domi-
num nostrum. Scdm matheũ. ix.

In illo tpe: Accesserũt ad ie-
sum discipuli iohannis dicẽ
tes. Quare nos et pharisei ieiuna
mus frequenter: discipuli aũt tui
non ieiunant? Et ait illis iesus.
Nunquid possunt filii sponsi lu-
gere/q̃diu cum illis est sponsus?
venient autẽ dies cum auferet ab
eis sponsus: et tunc ieiunabunt.
Nemo autem immittit cõmissuram
panni rudis: in vestimentũ vetus.
Tollet eni plenitudinẽ eius a ve-
stimento: et peior scissura fit. Ne-
q mittunt vinũ nouum: in vtres
veteres. Alioquin rũpunt vtres
et vinum effũditur: et vtres pere
unt. Sed vinum nouum in vtres
nouos mittunt: et ambo conser-
uantur. ¶ Missa dominicalis ee
domade tercie. Officium.

IUbilate deo omis terra
allã: psalmũ dicite nomi
eius allã / date gloriam
laudi eius allã allã allã.
Ṽ. Dicite deo q̃ terribilia sũt opa tua
dñe: i multitudie virtutis tue. Or.
DEus qui errantibus vt in
viam possit redire iusticie
veritatis tue lumen ostendis: da
cunctis qui xpiana pfessione cen=
sentur: et illa respuere q̃ huic ini=
mica sunt noi: et ea que sunt apta
sectari. Per dominum. Lectio epp
stole beati petri apostoli. i. ii. capi.
CArissimi. Obsecro vos tan
q̃ aduenas et peregrios: ab
stinere vos a carnalibus desiderijs
que militant aduersus animam.
Conuersationem vestram inter
gentes habentes bonam: vt in eo
quod detractant de vobis tanq̃ de
malefactoribus ex bonis operibꝰ
vos cõsiderantes glorificent deũ
in die visitationis. Subiecti igi=
tur estote omi hũane creature: pro
pter deum. Siue regi quasi precel
lenti: siue ducibus tanq̃ ab eo mis
sis ad vindictã malefactorũ laudẽ
vero bonoꝝ. Qꝛ sic est volũtas dei
vt benefacientes ob mutescere fa
ciatis iprudentiũ hominũ ignorã
tiã. Quasi liberi / et non quasi vela
men habẽtes malicie libertatẽ: sed
sicut serui dei. Oẽs honorate: fra=
ternitatẽ diligite. Deũ timete: re=
gem honorificate. Serui subditi
estote in oi timore dñis: nõ tm̃ bo=
nis et modestis / sed etiã discolis
Hec est ei gr̃a. In xp̃o iesu: dño no
stro. Allã. Ṽ. Modicũ et nõ videbi
tis me dicit dñs: iterũ modicũ ꝯ vi
debitis me qꝛ vado ad patrẽ. Allã.
Ṽ. Iterũ autẽ videbo vos et gau=
debit coꝛ vr̃m: et gaudiũ vr̃m nẽo
tollet a vobis. Alleluya. Ṽ. Surre
xit xp̃s q̃ creauit oĩa: et misert9 ẽ
hũano gñi. In hac ebd̃. ad missã
diebus profestis primũ. Allã sc̃
Modicũ dr̃ per totã ebd̃. loco gr̃
et alia duo dicuntur alternis vici
bus in ferijs et in festis iii. l. quod
etiã in proxima sequenti ebd̃. obser
uandũ est. Sc̃dm iohannẽ. xvi
IN illo tp̃e: Dixit iesus disci=
pulis suis. Modicum ꝯ iam
non videbitis me: et iterum modi
cũ et videbitis me / qꝛ vado ad pa=
trem. Dixerunt ergo discipuli eiꝰ
ad inuicem. Quid est hoc quod di=
cit nobis: modicũ et non videbitis
me / et iterum modicũ ꝯ videbitis
me qꝛ vado ad patrem? Dicebãt er
go. Quid est hoc quod dicit mo=
dicum? Nescimus quid loquit. Co
gnouit autẽ iesus: qꝛ volebant eũ
interrogare / et dixit eis. De hoc q̃
ritis inter vos: qꝛ dixi modicũ et
non videbitis me / ꝯ iterum modi
cum et videbitis me. Amen amen
dico vobis: q2ia plorabitis et fle=
bitis vos mundus aũt gaudebit.
Vos aũt contristabimini: sed tristi=
cia vestra vertet in gaudiũ. Mu=
lier cũ parit tristiciã habet: qꝛ ve=
nit hora eiꝰ. Cum aũt peperit pue
rũ iam non meminit pressure pro=
pter gaudiũ / qꝛ natus est homo in
mundũ. Et vos igitur nũc quidẽ
tristiciam habetis. Iterũ aũt vide
bo vos: et gaudebit coꝛ vestrũ. Et
gaudium vestrũ: nemo tollet a vo
bis. Off. Lauda aĩa mea dñm lau
dabo dñm i vita mea / ꝯ psallã deo
meo q̃ diu ero alleluya. Sꝫ.
HIs nobis q̃s dñe mysterijs
cõferat: quo terrena desideria mi
tigãtes / discamꝰ amare celestia. p
Cõio. Modicũ ꝯ nõ videbitis me
allã: iterũ modicũ ꝯ videbitis me qꝛ
vado ad patrẽ allã allã. Postcõio

Respice q̄s dn̄e populū tuū
et quē eternis dignatus es
renouare mysteriis: a tēporalib⁹
culpis dignanter absolue. Per do.
¶ Fe. iiii. Lcō epy. b. ioh. apl̄i. i. ii
Carissimi: Hec scribo vobis
vt non peccetis. Sed si q̄s
peccauerit aduocatū habem⁹ apd̄
patrē iesum xp̄m iustū: et ipse est
propiciatio pro pct̄is nostris. Nō
pro nostris aūt tātū: sed etiā pro
totius mūdi. Et in hoc scim⁹ qm̄
cognouimus eū: si mandata eius
obseruem⁹. Qui dicit se nosse eū
et mandata eius nō custodit: men
dax est et veritas in eo nō est. Qui
aūt seruat verbū eius: vere i hoc
caritate dei perfecta est. In hoc sci
mus: qm̄ in eo sumus / si in ipso p̄
fecti fuerim⁹. Qui dicit se in ipso
manere: debet sicut ille ambula-
uit et ipse ābulare. Carissimi non
mandatū nouū scribo vobis: sed
mandatū vetus q̄d habuistis ab
inicio. Mandatū vetus est verbū
quod audistis. Iterū mandatū no
uū scribo vobis q̄d est verbū in ipso
et in vobis. Qm̄ tenebre transie
runt: et lumē verū iā lucet. Per ie
sum xp̄m: dn̄m nostrū. S. ioh. iii.
In illo tp̄e: Facta est q̄stio ex
discipulis iohānis: cū iude-
is de purificatione. Et venerunt
ad iohannē: et dixerūt ei. Rabbi
qui erat tecū trans iordanē / cui
testimoniū p̄hibuisti: ecce hic ba-
ptizat et oēs veniūt ad eū. Respō
dit iohānes: et dixit. Non pōt hō
accipere quicq̄: nisi illi datū fue-
rit de celo. Ipsi vos michi testimo
niū perhibetis q̄d dixeri vobis q̄z
ego nō sum xp̄s: s; q̄z missus sum
ante illū. Qui habet sponsā: spon
sus est. Amicus aūt sponsi q̄ stat e
audit eū: gaudio gaudet propter
vocē sponsi. In hoc ergo gaudiū
meū iipletū est. Illum oportet cre
scere: me autē minui. Qui de sur
sum venit sup oēs est. Qui est de
terre de terra est: & de terra loquit.
Qui de celo venit: sup oēs est. Et
quod vidit et audiuit hoc testat:
et testimoniū eius nemo accipit.
Qui autē acceperit eius testimo-
niū: signauit quia deus verax est
Quē eni misit deus: verba dei lo-
quit. Non eni ad mensurā: dat de
us spm̄. Pater diligit filiū: & oīa
dedit in manu eius. Qui credit in
filiū: habet vitā eternā. Qui aūt
incredulus est filio: non videbit
vitā: sed ira dei manet super eum.
¶ Fe. vi. Ad thessalonicenses. v.
Fratres: Oēs eni vos filii
lucis estis: et filii dei. Non
sumus noctis: neq; tenebrarū. Igi
tur nō dormiamus sicut et ceteri:
sed vigilemus et sobrii sim⁹. Qui
eni dormiūt: nocte dormiunt. Et q̄
ebrii sunt: nocte ebrii sunt. Nos
aūt qui diei sum⁹ sobrii simus: in
duti loricā fidei: caritatis / et ga-
leā spem salutis. Qm̄ non posuit
de⁹ nos in irā: sed in acq̄sitionē sa
lutis. Per dn̄m nostrū iesum xp̄m
qui mortuus est pro nobis: vt si-
ue vigilemus siue dormiamus si
mul cū illo viuamus. Propter q̄d
consolamini inuicem: et edificate
alterutrū. In christo iesu: domino
nostro. Secundū iohannem. xii.
In illo tp̄e: Dixit iesus disci
pulis suis. Ego lux in mun-
dum veni. vt oīs qui credit in me
in tenebris non maneat. Et si q̄s
audierit verba mea et nō custodi
erit ea / ego nō iudico eū. Non eni
veni vt iudicē mundū: sed vt sal-
uificē mundū. Qui spernit me et
non accipit verba mea: habet qui

iudicet eũ Sermo quẽ locutus sũ ille iudicabit eũ in nouissimo die Quia ego ex meipso non sum locutus: sed qui misit me pater ipse michi mandatũ dedit quid dicam aut quid loquar. Et scio q; mandatũ eius: vita eterna est. Que ergo ego loquor: sicut dixit michi pater / sic loquor. ¶ Missa dñica iiii ebdo. quarte post pascha Offm

Cantate dño canticũ nouum allã: quia mirabilia fecit dñs allã: ante cõspectũ gentiũ reuelauit iusticiã suã allã. ps. Saluauit sibi dextera ei⁹: ꝯ brachiũ sãctũ ei⁹. Or

Deus qui fideliũ mẽtes vnius efficis volũtatis: da populis tuis id amare quod ꝑcipis ꝯ desiderare quod promittis: vt inter mũdanas varietates ibi nostra fixa sint corda / vbi vera sunt gaudia. Per dominũ. Lectio epp stole beati iacobi apostoli. i. cap.

Carissimi: Omne datũ optimũ et omne donũ perfectum desursũ est descendẽs a patre luminũ: apud quẽ non est transmutatio / nec vicissitudinis obũbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis: vt simus initium aliquod creature eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit aũt ois homo velox ad audiendũ: tardus aũt ad loquendũ / ꝯ tardus ad irã Ira enĩ viri: iusticiã dei non operatur. Propter qđ abiicientes oẽm immundiciã ꝯ abũdantiã malicie: in mãsuetudine suscipite isitũ verbũ Quod potest saluare: aĩas vestras Allã. ꝟ. Vado ad eũ q̃ misit me: sed quia hec locutus sum vobis tristicia impleuit cor vestrũ. Allã. ꝟ. Ego vitatẽ dico vobis: expedit vobis vt ego vadã Allã. ꝟ. Surrexit dñs vere et apparuit petro. Et dñs sicut ... tat i pma dñ. ꝑcess. S. iohãn. ...

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Vado ad eum qui me misit: ꝯ nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed quia hec locut⁹ sum vobis: tristicia impleuit cor vestrũ. Sed ego veritatẽ dico vobis: expedit vobis vt ego vadam Si enĩ non abiero: paraclitus non veniet ad vos. Si autem abiero: mittam eum ad vos. Et cum venerit: ille arguet mundum de peccato / et de iusticia / et de iudicio. De pctõ quidẽ: q; non crediderunt in me. De iusticia vero: q; ad patrem vado / et iã non videbitis me. De iudicio aũt: q; princeps huius mundi iã iudicat⁹ est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed nõ potestis portare modo. Cũ autẽ venerit ille spũs veritatis: docebit vos oẽm veritatẽ. Non enĩ loquetur a semetipso: sed quecũq; audiet loquet / et que ventura sunt annũciabit vobis. Ille me clarificabit. q; de meo accipiet / et annũciabit vobis. Oĩa quecũq; habet pater: mea sũt ꝑpterea dixi q; de meo accipiet: ꝯ ãnunciabit vobis. Offm Iubilate deo vniuersa terra iubilate deo vniuersa terrã psalmũ dicite nõi ei⁹: venite ꝯ audite ꝯ narrabo vobis oẽs q̃ timetis deũ quanta fecit dñs anime mee. Secreta.

Deus qui resurgens a mortuis passione castata potẽtiore te tuis discipulis reddidisti cõcede ꝑpicius: vt nos quoq; maiestati tue hoc paschale sacrificiũ cõciliet: et ad gratiã tuã promerẽdã i bonis operibus efficiat promptiores Qui vi. Cõio Dũ venerit paraclitus spũs veritatis ille arguet mundũ de pctõ ꝯ de iusticia ꝯ

in iudicio alleluya alla. Postcōio
Adesto nobis dñe deus no-
ster: vt per hec que fideliter
sumimus: et purgemur a viciis et
a periculis omnibus eruamur. Per
dominum. Feria quarta. Lectio
epistole beati iacobi apli.ii.capi.
Carissimi: Nolite in personā
rum acceptiōe habere fidē
dni nostri iesu xpi glie. Etē enī in
troierit vir in cōuentū vestrū anu-
lum aureū habens in veste candi-
da introierit aūt et paup in sordi-
do habitu/et intendatis in eū qui
indutus est veste pclara et dixeri
tis ei. Tu sede hic bene: pauperi
autem dicatis/tu sta illic/aut sede
sub scabello pedū meorū. nōne iu
dicatis apud vosmetipsos et facti
estis cogitationum iniquarū iudi
ces? Audite fratres mei dilectissi-
mi. Nonne deus elegit pauperes
in hoc mundo: diuites in fide et he
redes regni/quod repromisit de-
diligentibus se? Vos aūt et hono
rastis pauperē. Nōne diuites per
potētiā opprimūt vos: et ipsi tra-
hunt vos ad iudicia? Nonne ipsi
blasphemant bonū nomen: quod
inuocatū est super vos? Si tamen
legē pficitis regalem scdm scriptu
ras: diliges proximū tuū sicut teip-
sum/ benefacitis. Si aūt psonas
accipitis: peccatū opamini/ redar
gutia lege quasi transgressores.
Quicumq aūt legē totum seruaue
rit: offendit aūt in vno/factus est
oim reus. Qui enī dixit non occi-
des dixit nō mechaberis. Quod si
non mechaberis/occides autē: fa-
ctus es transgressor legis. Sic lo
quimini et sic facite: quasi per le-
gem libertatis incipientes iudi-
care. Iudiciū enī sine mia: illi qui
non facit miam. Superexaltat autē
mia iudicium. Scdm. iohānē xvii
In illo tpe: Respiciens iesus
in discipulos suos: dixit. Pa
ter sancte: serua eos in nōie tuo
quos dedisti michi: vt sint vnū si
cut et nos. Cū essem cum eis ego
seruabā eos in nōie tuo. Quos de
disti michi custodiui: et nemo ex
eis perijt nisi filius perditionis vt
scriptura impleatur. Nunc autem
ad te venio: et hec loquor in mun
do/vt habeāt gaudium meū imple
tū in semetipsis. Ego dedi eis ser
monē tuū: et mūdus eos odio ha
buit/qz non sunt de mūdo sicut et
ego nō sum de mūdo. Nō rogo vt
tollas eos de mundo: sed vt ser-
ues eos a malo. Feria sexta. Le
ctio epistole beati iacobi ap. i.ii.
Carissimi: Videtis quoniam
ex opibus iustificat homo:
et non ex fide tm. Similiter autē
et raab meretrix: nōne ex operib9
iustificata est suscipiens nūcios/
et alia via eiiciens. Sicut enī cor-
pus sine spiritu mortuū est: ita et
fides sine operibus mortua est.
Secundum iohannem. xiii.
In illo tpe: Dixit iesus disci-
pulis suis: Filioli: adhuc modicū
tempus vobiscū sū. Queretis me
et sicut dixi iudeis: quo ego vado
non potestis venire. Et vobis di-
co modo. Mandatū nouū do vo-
bis vt diligatis inuicem sicut dile
xi vos: vt et vos inuicem diliga-
tis. In hoc cognoscent omnes qz
discipuli mei estis: si dilectionem
habueritis ad inuicem. Dixit ei
symon petrus. Domine quo va-
dis? Respondit iesus. Quo ego
vado non potes me modo sequi:
sequeris autem postea.
Dñica dominicalis ebdomade
quinte post pascha. Officium.

Vocem iocūditatis ānūciate et audiat allā: nūciate vsq ad extremum terre liberauit dñs populū suū allā all. Ps. Jubilate deo ois terra psalmū dicite noi ei⁹: date gloriā laudi eius. Oratio

Deus a quo bona cuncta procedunt: largire supplicibus tuis vt cogitemus te inspirāte q̄ recta sūt: et te gubernāte eadē faciam⁹ Per. Lectio epīe btī iacobi apli. i. c.

Carissimi. Estote factores verbi et non auditores tātum fallentes vosmetipsos. Qz si quis auditor est verbi et nō factor: hic cōparabit viro cōsideranti vultū natiuitatis sue in speculo. Considerauit eni se et abiit: et statī oblitus est qualis fuerit. Qui aūt perspexerit in lege pfecte libertatis et permāserit in ea: nō auditor obliuiosus factus sed factor opis/ hic beat⁹ in facto suo erit. Si qs autē putat se religiosū esse nō refrenās linguā suā/ sed seducēs cor suū huius vana est religio. Religio mūda et imaculata apd deū et patrem hec est. Uisitare pupillos et viduas i tribulatiōe eorū: et imaculatū se custodire ab hoc seclo. Allā. V⁹. Usq modo nō petistis qcq: i noie meo petite et accipietis. Allā. V⁹. Surrexit xps iā nō morit: mors illi vltra nō dñabit. Scdm ioh. xvi

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: si qd petieritis patrē in noie meo/ dabit vobis. Usq modo non petistis quicq: in nomie meo Petite et accipietis: vt gaudiū vestrū sit plenū. Hec in pverbiis locutus sum vobis. Venit hora cum iam nō in pverbiis loquar vobis sed palā de patre meo annūciabo vobis. Illo die: in noie meo petetis. Et non dico vobis: qz ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos: qz vos me amastis et credidistis qz a deo exiui. Exiui a pre et veni in mundū: iterū relinquo mūdum et vado ad prem. Dicunt ei discipuli eius. Ecce nūc palā loqris: et pverbiū nullum dicis. Nūc scimus qz scis oia et nō opus est tibi/ vt quis te interroget. In hoc credimus: qz a deo existi. Off. Benedicite gentes dñm deū nostrū et obaudite vocē laudis eius q posuit aīam meam ad vitam et non dedit cōmoueri pedes meos benedict⁹ dñs q nō amouit deprecationē meā et miam suā a me allā. Secre.

Suscipe qs dñe fideliū preces cū oblationibus hostiarū: vt per hec pie deuotionis officia/ ad celestem gloriā transeam⁹. Per. Cōio. Cātate dño allā: cātate dño et benedicite noi eius: bene nūciate de die i diē salutare ei⁹ allā allā. Postcō.

Tribue nobis domine qs vt celestis mēse virtute satiati et desideremus que recta sūt: et desiderata percipere. Per dominū.

¶ Fe. ii. in rogationib⁹ si a festo cū regi. chori vocauerit dicit psalsertā pro magna missa scilz Vocē iocūditatis vt in dñica. Et i processione dicitur hec missa. Officiū.

Exaudiuit de tēplo sācto suo vocē meā allā: et clamor meus in cōspectu ei⁹ introiuit in aures eius. allā allā. Ps. Diligā te dñe fortitudo mea: dñs firmamētū meū et refugiū meum/ et liberator meus. Oratio.

Presta qs ops deus: vt qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus: cōtra aduersa oia tua semp protectione muni

amus. Per dñm. Scḋa oṙo de sancto de quo est ecclia. tercia oṙo de oībus sanctis. Orō. Cōcede q̄s oīpotens deus. Lectio epystole beati iacobi apostoli. v. capitulo.

Carissimi: Confitemini alterutrū peccata vestra: et orate pro inuicē vt saluemini. Multum enī valet: deprecatio iusti assidua. Helyas hō erat similis nobꝫ passibilis: et orōne orauit vt non plueret super terrā. Et non pluit annos tres: et menses sex. Et rursum orauit: et celū dedit pluuiā: et terra dedit fructū suū. Si quis autem ex vobis errauerit a veritate et conuerterit q̄s eum: scire debet q̄m qui conuerti fecerit pctōrem ab errore vie sue saluabit aīam eius a morte. Et operit multitudinē peccatoꝝ. Allā. V. Cōfitemini domino q̄m bonus q̄m i seculū misericordia eiꝰ. Secundum lucā. xi. c.

In illo tp̄e: Dixit iesus discipulis suis. Quis vestrū habebit amicū: et ibit ad illū media nocte / et dicet illi: Amice cōmoda michi tres panes: q̄m amicus meus venit de via ad me / et non habeo qḋ ponā ante illū. Et ille deintus respōdens: dicat. Noli michi molestus esse: iā ostiū clausū est / et pueri mei mecū sunt in cubili / non possū surgere et dare tibi. Et ille si perseuerauerit pulsās: dico vobis et si non dabit illi surgens eo q̄ amicus eius sit: ꝓpter improbitatē tamē eiꝰ surget / et dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego vobis dico. Petite: et dabitur vobis. Querite: et inuenietis. Pulsate: et aperiet vobis. Oīs enī qui petit accipit: et qui q̄rit inuenit / et pulsanti aperiet. Quis aūt ex vobis patrē petit panē: nunq̄d lapidem dabit illi? Aut piscē: nunquid pro pisce serpētē dabit illi? Aut si petierit ouū nunq̄d porriget illi scorpionem? Si ergo vos cū sitꝫ mali nōis bona data dare filijs vestris: q̄tomagis pater vester de celo dabit spiritū bonū / petētibꝰ se. Offer. Confitebor dn̄o nimis i ore meo: et i medio multoꝝ laudabo eū q̄ astitit ad dexterā pauperis vt saluū faceret a persequētibus aīam meam allā. Hic fiat sermo ad populum si placuerit. Secreta.

Hec munera dn̄e q̄s et vincula nostre prauitatis absoluant: et tue nobis mīe dona concilient. Per dn̄. Cōio. Petite et accipietis: q̄rite et inuenietꝫ pulsate et aperiet vobis. oīs eī q̄ petit accipit et q̄ q̄rit inuenit et pulsāti aperiet allā.

Vota nostra q̄s dn̄e Postcō. pio fauore prosequere: vt dum dona tua in tribulatione percepimus: de cōsolatione nostra in tuo amore crescamus. Per dominū.

¶ Feria tercia de missa de sancta maria: nisi aliqḋ festū cū regimie chori in eadē cōtigerit. Et missa Salus ppli. dr̄ in ꝓcessione vbi fit statio. Et in vigilia ascēsionis dr̄ missa de pace in ꝓcessione. Tū si festū alicuiꝰ scti cū regie chori in scḋa feria cōtigerit: tunc dr̄ missa dn̄icalis in tercia feria vel in vigilia ascēsionis in ꝓcessiōe vbi fit statio. Similiter quando festum cū regimine chori in vigilia ascensionis euenerit / tunc dicitur missa de vigilia in processione. Et semper in hijs predictis tribus diebꝰ dicitur magna missa in choro post terciam. Et post illam missam statim dicitur hora nona / et tūc exeat processio. ¶ In vigilia ascensionis domini. Ad missā. Officium

Omnes gentes plaudite manibus. iubilate deo i voce exultatiõis allelu-
ya all'. Ps. Subiecit ppl'os
nobis: et gẽtes sub pedib⁹ nr̃is Or.

Presta q̃s oĩps pater: vt nr̃e
mẽtis ĩtentio quo vnigeni-
tus fili⁹ tuus dñs nr̃ venture solẽ
nitatis gliosus auctor ingressus
est semp intendat: et quo fide per
git cõuersatiõe perueniat. p eũdẽ
Mẽoria de sctã maria et de oĩbus
sanctis Lectio actuũ apl'or. iiii. c.

In diebus illis: Multitudi-
nis autẽ credentiũ: erat cor
vnũ et anima vna. Nec quisq̃ eor q̃
possidebat: aliqd suũ esse dicebat
sed erant illis oĩa cõia. Et virtu-
te magna reddebant apl'i testimo
niũ resurrectionis iesu xp̃i dñi no
stri: et grã magna erat in omibus
illis. Neq enĩ quisq̃ egens: erat i
ter illos Quotquot enim possesso
res agror aut domor erant: ven-
dentes afferebãt precia eor q̃ ven
debant / et ponebant ante pedes
apl'or Diuidebatur aũt singulis:
prout cuiq op⁹ erat. All'. v. Omnes
gẽtes plaudite manibus iubilate
deo i voce exultatiõis. S. io. xvii.

In illo tp̃e: Subleuatis ies⁹
oculis in celum dixit. Pater
venit hora / clarifica filiũ tuũ / vt
et filius tuus clarificet te. Sicut
dedisti ei potestatẽ oĩs carnis: vt
oĩe qd dedisti ei det eis vitã eter
nã. Hec est enĩ vita eterna: vt co-
gnoscant te solũ verũ deũ / et quẽ
misisti iesũ xp̃m. Ego te clarifica-
ui sup terrã: opus cõsũmaui qd
dedisti michi vt faciam. Et nũc cla
rifica me tu pater apd temetipsũ:
claritate quam habui priusq̃ mũ-
dus esset apud te. Manifestaui no-
men tuũ hoibus: quos dedisti mi-
chi de mundo. Tui erant et michi
eos dedisti: et sermonẽ tuũ serua
uerunt. Nunc cognouerũt q oĩa
dedisti michi abs te sunt: q verba
que dedisti michi dedit eis. Et ipsi
acceperũt et cognouerũt vere: q
a te exiui / et crediderunt q tu me
misisti. Ego pro eis roga non pro
mundo rogo: sed pro his quos de
disti michi q tui sunt. Et mea oĩa
tua sunt: et tua mea sunt / et clari
ficatus sũ i eis. Et iã nõ sũ in mũ
do: et hi i mũdo sũt: et ego ad te ve
nio. Offer. Viri galilei quid admi-
ramini aspiciẽtes in celũ hic iesus
qui assũptus est a vobis in celũ sic
veniet quẽadmoduz vidistis eum
ascendentẽ in celũ allã. Secreta.

Sacrificium dñe pro filii tui
supplicẽ venerabili quã pre
uenim⁹ nũc ascẽsione deferimus /
pũta q̃s: vt et nos p ipsm his sacro
sctis cõmerciis ad celestia cõsurga
m⁹. p eũd. pfa. qti. Co. Pater cũ essem
cũ eis ego seruabã eos q̃s dedisti mi
chi al' nũc autẽ ad te venio / nõ rogo
vt tollas eos de mũdo sed vt serues
eos a malo allã allã. P⁹co.

Tribue quesumus dñe: vt p
hec sacramenta que sumpsimus
illuc tendat nostre deuotionis affe
ctus quo tecum est nostra substan
tia iesus xp̃us dñs noster. Qui te
cum viuit et regnat deus.

In die ascensionis dñi. Officiũ

Viri galilei quid ad-
miramini aspicien-
tes in celum alle-
luya. quẽadmodum
vidistis eum ascen-
dentem in celum ita veniet allã
alleluya allã. v. Cumq intuerẽn
tur in celum euntem illum: ecce
duo viri astiterũt iuxta illos in ve
stibus albis / qui et dixerunt. Or.

C Oncede q̃s omps deus: vt qui hodierna die vnigenitum tuum redēptorē nostrū ad celos ascendisse credimus: ipsi quoq mente in celestibus habitem⁹. P eundē. Lectio actuū aplor. i. c.

P Rimum quidē sermonē feci de oībus o theophile que cepit iesus facere et docere: vsq in diem qua precipiēs aplis per spiritum sanctū quos elegit assūptus est. Quibus et prebuit seipsum viuum post passionē suā in multis argumētis per dies quadraginta: apparens eis et loquēs de regno dei. Et cōuescens precepit eis ab hierosolymis ne discederēt: sed expectarēt promissionē patris / quam audistis inquit per os meum. Qz iohānes quidē baptizauit aqua: vos aūt baptizabimini spiritusancto / nō post multos hos dies. Igitur qui cōuenerāt: interrogabāt eum dicētes. Dñe si in tēpore hoc restitues regnū israel? Dixit aūt eis. Non est vestrū nosse tp̄a vel momenta: que pater posuit in sua potestate. Sed accipietis virtutem superuenientis sp̄ussācti in vos: et eritis michi testes in hierlm et in oīni iudea et samaria / et vsq ad vltimū terre. Et cū hec dixisset videntibus illis eleuatus est: et nubes suscepit eū ab oculis eoz. Cūq intuerēt in celū euntē illū: ecce duo viri astiterunt iuxta illos i vestibus albis / qui et dixerunt. Viri galilei / quid statis aspicientes i celū? Hic iesus qui assūptus ē a vobis in celū: sic veniet quē admodū vidistis eū euntē in celū. Alleluya. V. Ascendit deus in iubilatione: et dominus in voce tube. Hac die et in octa. etiā si duplex festū ibidem celebretur dicit. Alla. V. Ascendēs xp̄s in altū captiuā duxit captiuitatē dedit dona hominibus quotidie p octā nisi i dñica et in octa. die siue fiat seruitium de ascensione siue de aliquo festo cum regimine chori nisi in festo philippi et iacobi . et in inuētione sancte crucis erit scdm Alleluya. V. Dominus in syna in sancto ascendens i altum captiuā duxit captiuitatem. Sequentia.

R Ex omnipotens die hodierna. Mundo triumphali redempto potentia. Victor ascendit celos vnde descenderat. Nam quadraginta postq̄ surrexerat. Diebus sacris confirmans pectora. Apostolorum pacis cara relinquēs oscula. Quibus et dedit potestatē laxandi crimina. Et misit eos in mundū baptizare cunctas animas. In patris et filii et spiritussancti clementia. Et cōuescens precepit eis ab hierosolymis Ne abirent: sed expectarent promissa munera. Non post multos enim dies mittā vobis spiritū paraclytum in terra. Et eritis michi testes in hierusalē iudea siue samaria. Et cū hoc dixisset: videntibus illis eleuatus est. et nubes clara Suscepit eum ab eorum oculis intuentibus illis ethera. Ecce stetere amicti duo viri in veste alba. Iuxta dicentes quid admiramini celorum alta? Jesus enī hic qui assumptus est a vobis ad patris dexteram. Ut ascendit ita veniet querens talenti commissi lucra. O deus celi maris arui hominem quē creasti quem fraude subdola Hostis expulit paradiso et captiuatum secum traxit ad tartara. Sanguine proprio quem redemisti deus. Illuc et prouehis vnde prius corruit paradisi gaudia.

Judex cū veneris iudicare secula Da nobis petim⁹ sempiterna gaudia in sctōꝝ patria In qua tibi cātemus oēs allā. S. marcum. xvi

In illo tēpore. Recūbentib⁹ vndeci discipulis: apparuit illis iesus et exprobrauit icredulitatē illoꝝ ꝫ duriciā cordis: quia his qui viderant eū resurrexisse non crediderāt Et dixit eis Eūtes in mundum vniuersum: predicate euangeliū oīm creature. Qui crediderit et baptizat⁹ fuerit: saluus erit. Qui vero non crediderit: condēnabit. Signa aūt eos qui crediderit: hec sequētur In nomine meo demonia eijcient: linguis loquent nouis / serpentes tollēt. Et si mortiferū quid biberint: non eis nocebit Sup egros man⁹ iponent: et bene habebūt. Et dñs quidem iesus postꝙ locut⁹ est eis assūptus est in celum: et sedet a dextris dei. Illi aūt profecti predicauerūt vbiqꝫ dño cooperāte et sermonē cōfirmante: sequētibus signis. Offer. Ascēdit deus i iubilatione ꝫ dñs i voce tube allā Secreta

Suscipe dñe mūera que pro filii tui gliosa ascensione deferimus / et concede propici⁹: vt a presentibus periculis liberemur ꝫ ad vitā perueniam⁹ eternā. Per eundē. Prefatio. Qui post resurrectionē. et. Cōicātes. Et dr. p totas octa. ꝫ etiā i dñica qn̄ de. ascē. agitur. Cō. Psallite dño q ascēdit sup celos celoꝝ ad oriētē allā. p⁹cō.

Presta nobis q̄s oīs et misericors deus: vt que visibilibus misteriis sumēda pcepim⁹: inuisibilis cōsequamur effectu p. d.

Per totas octa. dr. eadē missa / nisi festū cū regie cho. incurrat et nisi in dñica sꝫ sine seq. ꝫ Credo.

Dñica infra octa. ascēs. Offm.

Exaudi dñe vocē meam qua clamaui ad te allā. tibi dixit coꝛ meū quesiui vultū tuū / vultū tuū dñe requirā ne auertas faciē tuā a me all. allā. v. Dñs illuīatio mea ꝫ salus mea quē timebo? Deinde. dr Kyrie. de qrta die ifra octa. cum regimine chori. ſꝫ in vi. feria vel sabbō p̄cedēte aliqð festū cū regimse cho. celebratū fuerit. Oro

Omnīps sempiterne deus fac nos tibi semp et deuotā gerere voluntatē: et maiestati tue sincero corde seruire p. me. d. de ascē. Lectio eple beati petri apli. i. iiii

Carissimi: Estote prudentes et vigilate in orōnibus. Ante omnia aūt mutuā vobismetipsis caritatē continuā habentes: qꝛ caritas operit multitudinē pctōꝝ Hospitales inuicē: sine murmuratione Unusquisqꝫ sicut accepit gratiā in alterutrū allā administrantes: sicut boni dispēsatores multiformis grē dei Si quis loquitur quasi sermones dei. Si quis ministrat: tanꝙ ex virtute ꝙ administrat deus / vt in oībus honorificetur deus Per iesū xpm: dñm nostrū Allā v Regnauit dñs sup oēs gētes: deus sedet sup sedē sanctā suā Allā. v. Nō vos reliquā orphanos: vado et venio ad vos / ꝫ gaudebit coꝛ vestrum: Nulla dicit sequētia. Secūdū iohannē. xv ꝫ xvi

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Cū venerit paraclitus quē ego mittam vobis a patre spiritū veritatis qui a patre procedit: ille testimoniū perhibebit de me. Et vos testimonium ꝑhibebitis: qꝛ ab initio mecū estis. Hec locutus sum vobis: vt nō scā

valitis emini. Absq; synagogis faci-ent vos. Sed venit hora vt omis qui interficit vos: arbitretur obse quium se prestare deo. Et hec faci ent vobis: q2 nõ nouerũt patrẽ ne q3 me. Sed hec locut⁹ sũ vobis: vt cũ venerit hora eo2 reminiscami: q2 ego dixi vobis. Offer. Lauda, aĩa mea dñz / laudabo dñm ĩ vita mea psallã deo meo q̃diu ero allã. Se.

P Resta q̃s oĩps de⁹: vt hãc ti-bi hostiã ĩ eius corp⁹ ꝛ san-guinẽ placabiliter offeram⁹ quem sedentẽ a dextris virtutis tue etiã p nobis iterpellare ꝯfidim⁹: dñm nrm iesũ xp̃m filiũ tuũ. Qui tecũ. Co. Pater cũ essẽ cũ eis ego ser uabã eos quos dedisti michi allã. nũc aũt ad te venio / nõ rogo vt tol las eos de mũdo / sed vt serues eos a malo allã allã. Postcõmunio.

P Resta q̃s oĩps deus: vt per hec sacrosancta cõmercia in totius ecclesie ꝯfidamus corpore faciendũ: quod eius precessit in ca pite. Qui tecũ. Si aliqd festũ cum regie chori in hac dñica euenerit / totũ seruitiũ fiat de festo. et missa de dñica in capl'o dr cũ cantu sup Kyrie el. Glia in excel. Sanctus. et. Agnus. sicut in festo. iii. le. sine regie chori cũ vno. Allã. ꝟ Regna uit. Et tũc ad missã de fe. erit scdm Allã ꝟ. Nõ vos. nisi in festo scẽ crucis. Et etiam erit secũdũ. Allã. in crastio oct. ascẽ. licet de sancta maria fiat plenum seruitiũ. ¶ In oct ascẽ. dñi. ad missã oĩa fiãt si-cut in die more simplicis festi. sine sequẽtia et Credo. ¶ Feria sexta totũ fiat seruitiũ de scã maria / si a fest. cũ regimie cho. vacauerit ¶ In vigil. penthe. accedat sacer dos ad altare cum dyacono et sub dyacono / et ceteris ministris / altaris in sollẽnitãt apparatu sicut in vigil. pasc. confessiõe etiã dicta3 tm̃. Pa ter nr̃. et legant lectões a digniori bus p̃sonis ĩ suppelliciis ad gradu3 chori sine titulis. L. i. Genes. xxii.

T Emptauit deus abrahã: ꝛ dixit ad eũ Abraham abraham. At ille rñdit Assum. Ait illi. Tolle fi liũ tuum vnigenitum quẽ diligis ysaac: et vade in terrã visionis at q3 offeres eũ ibi in olocaustũ super vnũ montiũ quẽ monstrauero ti-bi. Igit abrahã de nocte ꝯsurgẽs: strauit asinũ suũ ducẽs secum du-os iuuenes / ꝛ ysaac filiũ suũ. Cũq3 concidisset ligna ĩ olocaustum abiit ad locũ quẽ preceperat ei de us. Die aũt tercia eleuatis oculis vidit locũ p̃cul: dixitq3 ad pueros suos. Expectate hic cũ asino: ego et puer illucusq3 ꝓperãtes / postq̃ adorauerim⁹ reuertemur ad vos Tulit quoq3 ligna olocausti: ꝛ im posuit sup ysaac filiũ suũ / ip̃e ve-ro portabat in manib⁹ suis ignem et gladiũ. Cũq3 duo pergerent si-mul: dixit ysaac patri suo. Pater mi. At ille respondit. Quid vis fili Ecce inquit ignis et ligna: vbi est victima olocausti? Dixitq3 abra-ham. Deus ꝓuidebit sibi victimã olocausti fili mi. Pergebant ergo pariter: veneruntq3 ad locum quẽ ostẽderat ei deus. In quo edifica uit altare: et desup ligna ꝯposuit Cũq3 alligasset ysaac filiũ suum: posuit eũ in altari sup struẽ ligno rũ. Extenditq3 manũ et arripuit gladiũ: vt immolaret filiũ suũ Et ecce ãgelus domini de celo clama-uit dicẽs. Abrahã abrahã. Qui re spondit. Assum. Dixitq3 ei. Ne ex tendas manũ tuã sup puerũ: ne-q3 facias illi quicq̃. Nunc cogno-

ni q timeas deū et non pepercisti fi-
lio tuo unigenito ꝓpter me Leua-
uit abraham oculos suos: viditq
post tergū arietē inter vepres he-
rentē cornib⁹. Quē assumēs obtu-
lit olocaustū pro filio: appellauit
q nomen loci illi⁹ dñs videt. Un-
de vsq hodie dicit in monte dñs
videbit. Uocauit autē angel⁹ dñi
abrahā scḋo de celo dicēs. Per me
metipsum iuraui dicit dñs: q2 feci-
sti rem hanc et non pepercisti filio
tuo unigenito ꝓpter me bñdicā ti-
bi et multiplicabo semē tuū sicut
stellas celi / et velut arenā que est
in littore maris. Possidebit semē
tuū portas inimicoꝝ suoꝝ: et be-
nedicentur in semine tuo oēs gen-
tes terre / q2 obedisti voci mee. Re-
uersus est abrahā ad pueros suos
abierūtq bersabee simul: et habi-
tauit ibi. Sequat oro sine. Dñs
vobiscū. sed tantū cū. Orem⁹. or.

Deus qui abrahe famuli tui
opere humano generi obe-
dientie exēpla prebuisti: ꝯcede no-
bis et nr̄e volūtatis prauitatē frā-
gere: et tuoꝝ preceptoꝝ rectitu-
dinē in oībus adimplere. Per dñm
Lcō scḋa. Scripsit moyses cāticū
et tract⁹ Attēde celū. reqre ī vig.
pasche. fo. lxxvii. et lxxviii. Oēs
tract⁹ a choro dr̄ alt̄nati / p̄ter vl-
timū. et oēs oībes sine. Dñs vob.
pret vltimā dr̄ / sz tm̄ cū. Orem⁹

Deus qui es gl'ificatio. Oro
fidelium ꝯ vita iustoꝝ: qui per
moysē famulū tuū nos quoq mo-
dulatiōe sacri carminis erudisti:
vniuersis gētib⁹ mie tue munus
operare tribuendo btitudinē / au-
ferendo terrorē: vt quod prenun-
ciatū est ad suppliciū / in remediū
transferat eternū. Per dñm. L. iii.
Apprehēdent septē mu. q̄re ī. fo.
lxxvii. Et etiā tr. Uinea fa. Or.

Deus qui nos ad celebrandū
hanc presētem festiuitatem
vtriusq testamēti paginis instru-
is da nobis intelligere misericor-
dias tuas: vt ex perceptione prese-
tium munerum / firma sit expecta-
tio futuroꝝ. Per do. Baruch. iii.

Audi israel mandata vite:
auribus pcipe / vt scias pru-
dentiā. Quid est israel q in terra
inimicoꝝ es? Inueterasti in terra
aliena: coinquinatus es cum mor-
tuis. Deputatus es cū his qui in
inferno sunt dereliquisti fontem
sapientie Nam si in via dei ambu-
lasses: habitasses vtiq in pace su-
per terrā. Disce vbi sit sapientia:
vbi sit virtus / vbi sit prudentia /
vbi sit intellectus / vt scias simul
vbi sit longiturnitas vite et vic-
tus / vbi sit lumen oculoꝝ et pax
Quis inuenit locū eius: et qs in-
troiuit in thesauros ei⁹. Ubi sunt
principes gentiū: et qui dominan-
tur super bestias q̄ sunt in terra?
Qui in auibus celi ludunt: qui ar-
gentū thesaurisant' / ꝯ aurū ī quo
confidunt homines et nō est finis
possessionis eoꝝ. Qui argentum
fabricant et solliciti sunt: nec est
inuētio operū illoꝝ. Et tamen ex-
terminati sunt et ad inferos desce-
derunt: et alii in locū illorum sur-
rexerunt. Iuuenes viderūt lumē
et habitauerunt sup terrā Uiam
autē discipline nescierunt neq in-
tellexerunt semitas eius: neq su-
sceperunt eā filii eoꝝ. A facie eoꝝ
longe facta est. Non est audita in
terra chanaā: neq visa est in the-
mā. Filii quoq agar qui exquisie-
runt prudentiam que de terra est:
negociatores terre et theman et
fabulatores et exquisitores pru-

dentie et intelligẽtie. Uiam autẽ
sapientie nescierunt: neq; memi-
nerunt semitarũ eius. O israel q̃
magna est domus dei: et ingens
locus possessionis eius Magnus
et nõ habet cõsũmationẽ: excels⁹
et imensus. Ibi fuerũt gygantes
noiati: illi qui ab initio fuerũt sta
tura magna/scientes bellũ. Non
hos elegit dñs: neq; viã discipline
inuenerũt/propterea perierũt. Et quia
nõ habuerũt sapiẽtiã: interierunt
propter suã insipiẽtiã. Quis ascẽ-
dit in celum et accepit eã/et eduxit
eã de nubibus? Quis trãsfretauit
mare et inuenit eã/et attulit eã su
per aurũ electum? Nõ est qui sciat
viã eius: neq; qui excogitet semi-
tas eius. Sed q̃ scit vniuersa no-
uit illã: et adinuenit illã prudentia
sua. Qui perfecit terram in sempi
terno tẽpe: et adimpleuit eam pecudi
bus et quadrupedibus Qui emit
tit lucẽ et vadit et vocauit eam: et
obedit illi in tremore. Stelle autẽ
dederunt lumen in custodiis suis
et letate sunt. Uocate sunt: et di-
xerunt. Adsumus. Et luxerunt ei
cum iocunditate: qui fecit illas.
Hic est deus noster: et nõ estima-
bitur alius aduersus eũ Hic adin
uenit omẽ viã discipline: et dedit
illã iacob puero suo/et israel dile-
cto suo. Post hec i terris visus est:
et cũ hoibus conuersatus est. Or

D Eus qui nobis per prophe-
tarũ ora precepisti tempora
lia relinquere atq; ad eterna festi
nare: da famulis tuis vt q̃ a te ius
sa cognouimus: implere celesti in
spiratione valeamus. Per. Tr.

S Icut ceruus desiderat ad fõ
tes aquarũ: ita desiderat aĩa
mea ad te de⁹. V. Sitiuit aĩa mea
ad deũ viuũ qñ veniã et apparebo
ante faciem dei mei. V. Fuerũt mi
chi lachryme mee panes die ac no-
cte dũ dr̃ michi p singulos dies vbi
est de⁹ tuus. Deinde he due orones
dr̃r sub vno per. V. et sub vno Ore⁹

C Oncede q̃s oĩps de⁹ vt q̃ ou
solẽnitatẽ doni scĩ sp̃us colĩ
mus celestib⁹ desideriis accẽsi fon
tem vite sitiam⁹ dñm no. ie. x. L. t.

O Mĩps sempiterne de⁹: q̃ pa-
schale sacramentũ quinqua
ginta dierũ voluisti mysterio con
tineri: presta q̃s/vt gẽtiũ facta di-
spersio diuisione linguarũ ad vnã
cõfessionẽ tui nois celesti munere
cõgregetur. Per do. Deinde sequã
tur letanie et benedictio fontiũ si
cut in vigi. pas. eodẽ videlz modo
et ordĩe in eũdo et redeundo et in
statione in eedeundo dr̃. Rex san
ctorũ. et postea incipiatur missa Ky
rie el. et interi dicat sacerdos. Cõ
fiteor. et more solito. Sequatur
Glia in exc. Tũc oĩs genuflectẽt
exuẽtes cappas nigras et pulsent
oẽs cãpane deĩde dr̃ Dñs vo Or.

P Resta q̃s oĩps deus: vt cla-
ritatis tue sup nos splẽdor
effulgeat: et lux tue lucis corda eo
rum qui per gratiã tuã renati sũt
sancti sp̃us illustratione cõfirmet.
Per dñm no. in vnitate eiusdem.
Lectio actuum apostolorũ. xix. ca

I N diebus illis Factũ est cũ
apollo esset corinthi: et pau
lus peragratis superioribus parti
bus veniret ephesũ/et inueniret q̃s
dam discipulos: dixitq; ad eos Si
spiritũ scĩm accepistis credentes?
At illi dixerũt ad eum Sed neq; si
sp̃us sanctus est audiuimus. Ille
vero ait In q̃ ergo baptizati estis
Qui dixerunt. In iohannis ba-
ptismate Dixit autem paulus.
Iohannes baptizauit baptismo

penitētie populū dicens in eū qui venturus esset post ipsū vt crederent: hoc est in iesum. His auditis baptizati sunt: in nomie dñi iesu. Et cū iposuisset illis manus paulus: venit spūssctūs super eos / et loquebātur linguis & ppheta bāt. Erant autē oēs viri fere duodeci. Introgressus aūt paulus synagogā: cū fiducia loquebat p tres menses / disputās et suadēs de regno dei. Lecta epla duo clerici de scda forma in cappis sericis in pulpito cantēt hoc. Allā. Chorus idē & prosequtur. Clerici. ℣. Confitemī dño qm bon⁹ qm i sclm mia ei⁹. Chor⁹ finiat cū neuma. Itē clerici reincipiant. Allā. sine neuma. Deinde sequatur tractus qui a duob⁹ de secunda forma in cappis nigris ad gradū chori tot⁹ et integer cantet choro interim sedente. Tractus.

Laudate dñz omnes gentes: et collaudate eum omnes populi. ℣. Qm confirmata est sup nos mia eius: et veritas dñi manet in eternū. Interī vero pcedat dyaconus cum subd. per medium chori more solito sine cruce ad legendū euā. quē precedant duo ceroferarii. cereis extictis: et legat i pulpito more dñicali. ℂ S. ioh. xiiii.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Si diligitis me: mandata mea seruate. Et ego rogabo patrē: & aliū paraclytum dabit vobis / vt maneat vobiscum in eternū spiritū veritatis: quē mundus non potest accipere qz non videt eū nec scit eū. Vos aūt cognoscetis eū: qz apud vos manebit / et in vobis erit. Non vos relinquaz orphanos: veniā ad vos. Adhuc modicū: et mūdus me iā nō videt Vos aūt vidistis me: qz ego viuo et vos viuetis. In illo die vos cognoscetis quia ego sum in patre meo: et vos in me et ego in vobis. Qui habet mādata mea et seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autē diligit me: diligetur a pre meo. Et ego diligā eum: et manifestabo ei meipsū. Nō dr. Credo. Off. Emitte spiritū tuū et creabūtur & renouabis faciem terre / sit gloria domini in secula allelupa. Secreta.

Hostias populi tui qs domine miseratus intēde: et vt tibi reddātur accepte & sctietias nostras sctispūs salutaris emundet aduentus. Per do. in vni. eiusdem Prefatio. qtid. Hac die. Sctūs. & Agnus solēniter dñr. Cōio. Ultimo festiuitatis die dicebat iesus qui in me credit flūia deventre ei⁹ fluent aque viue hoc autē dixit de spiritu quam accepturi erāt credētes in eū allelupa allā. Postcōio.

Presta qs ops deus: vt spiritussanctus aduenīēs: maiestatem nobis filii tui manifestando clarificet. Qui tecū i vni. eiusd

ℂ In die penthecostes. Officium



Spiritus domini repleuit orbem terrarum allelupa. & hoc quod cōtinet omnia scientiā habet vocis allelupa allelupa allā. ℣. Exurgat deus et dissipentur inimici eius: & fugiāt qui oderūt eū a facie ei⁹. Or.

Deus qui hodierna die corda fidelium sanctispiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere: & de eius semper cōsolatione gaudere. Per dominū. in vnitate eiusd. Lectio actuum apostolorum. ii. capitulo

In diebus illis. Dū cōplerētur dies penthecostes: erāt

oēs discipuli pariter in eodē loco Et factꝰ est repente de celo sonus tanq̄ aduenientis spūs vehementis: ⁊ repleuit totā domū vbi erāt sedentes. Et apparuerūt illis dispertite lingue tanq̄ ignis: seditq̄ supra singulos eoꝝ. Et repleti sunt oēs spūsancto: et ceperūt loqui varijs linguis / put spūssanctus dabat eloqui illis. Erant aūt in hierusalē habitantes iudei viri religiosi: ex oīni natione q̄ sub celo est Facta aūt hac voce cōuenit multitudo et mente ꝯfusa est. qm̄ audiebat vnusq̄sq̄ lingua sua illos loquētes. Stupebant aūt oēs: et mirabanē ad inuicē dicētes. Nonne ecce omēs isti qui loquunē galilei sunt / et quō nos audiuimus vnusquisq̄ linguā nostraȝ in qua nati sumus? Parthi et medi et elamite et qui hitant mesopotamiā / iudeā et capadociā / ponthū et asiā / phrigiā et pāphiliā / egyptū ⁊ partes libie q̄ est circa cyrenē / et aduene romani. Iudei quoq̄ et ꝓseliti cretes et arabes / audiuimus eos loquētes nostris linguis: magnalia dei. Al. ℣. Emitte spiritū tuū ⁊ creabunē ⁊ renouabꝫ faciē tre. Al. ℣. Spūssāctꝰ ꝓcedēs a throno apostoloꝝ pectora inuisibili hodie perlustrauit potentia. Sequē.

Sancti spūs assit nobis grā Que corda nr̄a sibi faciat habitacula. Expulsis inde cūctis vicijs spiritalibus. Spūs alme illustrator oīm. Horridas nr̄e mētis purga tenebras. Amator scē sensator uꝫ semꝑ cogitatuū. Infunde vnctionē tuā clemens nr̄is sensibus Tu purificator oīm flagitiorum spūs. Purifica nr̄i oculū interioris hoīs. Ut videri supremus genitor possit a nobis. Mundi cor dis quē soli cernere possunt oculi Prophetas tu inspirasti vt preconia xp̄i precinuissēt inclita. Apl̄os cōfortasti vti tropheū xp̄i per totū mundū veherēt. Quando machinā per verbū suū fecit deus celi terre mariū. Tu super aquas foturus eas numen tuū expandisti spūs. Tu animabus viuificandis aquas fecūdas. Tu aspirādo das spiritales esse hoīes. Tu diuisuȝ per linguas mundū et ritus adunasti dñe. ydolatras ad cultū dei reuocas magistroꝝ optime. Ergo nos supplicantes tibi exaudi ꝓpicius sancte spūs. Sine quo preces oēs casse reddūtur et indigne dei auribus. Tu q̄ oīm scōꝝ sanctos Tui nominis docuisti instinctu āplectēde spūs. Ipse hodie apl̄os xp̄i donās munere insolito et cūctis inaudito seculis. Hūc diē gloriosū fecisti. S. m. Iohēm. xiiij.

In illo tp̄e: Dicit iesus discipulis suis. Si quis diligit me: sermonē meum seruabit. Et pater meus diliget eū: et ad eū veniemꝰ et mānsionē apud eū faciemꝰ. Qui nō diligit me: sermones meos nō seruat. Et sermonē queȝ audistis nō est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutꝰ sum vobis: apud vos manēs. Paraclitus aūt spūs sanctus quem mittet pater ī noīe meo: ille vos docebit oīa / et suggeret vobis oīa quecūq̄ dixero vobꝫ Pacē relinquo vobis: pacē meā do vobis. Non quō mūdus dat: ego do vobis. Non turbeē cor vestrū neq̄ formidet. Audistis q̄ ego dixi vobis: vado et venio ad vos Si diligeretis me gauderetis vtiq̄ q̄ vado ad patrē: q̄ pater maior me est. Et nūc dixi vobis priusq̄ fiat: vt cū factū fuerit credatis

Iā nō multa: loquar vobiscū. Ue
nit enī princeps mūdi huius: et in
me nō habet quicq̄. Sed vt cogno
scat mūdus q2 diligo patrem: et si
cut mandatum dedit michi pater:
sic facio. Offer. Cōfirma hoc deus
qđ operat9 es in nobis a tēplo tuo
quod est in hierusalem tibi offe=
rent reges munera alleluya. Se.

Munera dñe q̄s oblata san=
ctifica et corda nostra sancti
spūs illustratione emunda. Per
dñm in vnitate eiusdē. Prefatio.
Qui ascendēs. Hec pfatio dicitur
quotid. p hāc ebdo. et in oībus mis
sis de sctō spū per totū annū. Ita
q extra hāc ebdo. non dñr hec duo
verba hodierna die. in prefatione.
Cōmunicantes. et hanc igit. vsq
ad festū scē trinitatis dñe fm. Cō.
Factus est repente de celo son9 ad
uenientis spūs vehemētis vbi erāt
sedētes al. et repleti sūt oēs spūscō
loquētes magnalia dei al. al. p9 cō.

Sancti spūs dñe corda nrā mū
det infusio: et sui roris intia
aspersione fecundet. Per dominū
nostrum, in vnitate eiusdem.

Feria.ii. Ad missam. Officium.

Cibauit eos ex adipe fru
menti al. et de petra mel
le saturauit eos allā al=
leluya. Ps. Exultate deo
adiutori nro: iubilate deo iacob.

Deus q̄ aplis tuis sctm̄ .or.
dedisti spm̄: concede plebi
tue pie petitionis effectum: vt qui
bus dedisti fidem largiaris et pa=
cem. Per dñm. in vnitate eiusdem
Lectio actuum apostolorum.x.ca.

In diebus illis: Aperiens pe
trus os suum dixit. Viri fra
três. nobis precepit dñs populo
predicare et testificari: q2 ipse est q̄
constitutus est a deo iudex viuorū
et mortuorū. Huic oēs pphete te
stimoniū perhibent remissionem
pctōr accipere per nomē eius oēs
qui credūt in eū. Adhuc loquente
petro verba hec: cecidit spūsctūs
sup oēs qui audiebant verbū. Et
obstupuerūt ex circūcisione fide=
les q̄ venerāt cū petro: q2 et in na=
tiones gra spūsancti effusa est. Au
diebāt ei illos loquētes liguis: et
magnificātes deū. Tūc respondit
petr9. Nūqd aquā q̄s phibere po
test / vt non baptizēt hi q̄ spm̄ sctm̄
acceperunt sicut et nos. Et iussit
eos baptizari: in nomie dñi nri iesu
xpi Allā. V. Emitte spm̄ tuū et crea
bunt: et renouabis faciē terre. Al.
V. Paraclitus spūsanctus quem
mittet pater in noie meo ille vos
docebit omnē veritatē. Sequētia

Resonet sacrata iam turma
diua symphonia. Repleta
gaudia pmissa e celo reddita. In
vnū congregata aplorū phalanx
preclara expectās munera. Repen
te vox diuina paraclitum nunciat
decorans sctōr viscera. Fantur oī
lingua nōnulla misteria deiq ma
gnalia. Cantica diuina non cessat
roboare eius quoq caterua. O de
us oīs arui te laudat sol et luna
cōcrepat vsia cūcta celica et pfun
da flumina. Te psallat tellus alma
sydera cuncta clara iubilat adorat
amat redēpta oīs quoq aīa. Stu
pens iudea hec inquit execranda
cōcio vino ista est repleta mustiq
crapula bacho plenos deputat re
pletos gfa. Sumēs hec petrus di
uina misteria superat obdurata
corda illa et fore affirmat vatici=
nia iohelis de hoc predicta. Quās
anima nunc nostra boat carmina
deuota quo suscipiat celestia ha=
bitacula. Pāgat oīs corda nostra

sancta preconia tua vt semper pla
percipiat carismata. Omnē hanc
meram suscipe melodiam vt quea
mus scandere luciflua et tua celsā
et decora yrantica. Dudū sacrata
imbuisti pectora nunc nos reple
luce polor vt gaudia cedas per-
petua atq regna. Te decet laus
per tpa et gloria sydera o sanctū
pneuma. Tu almas et corpora no
stra christe possideas in sempiter-
na dona. Secundū iohannem. iii.
IN illo tpe: Dixit iesus cui-
dam principi phariseor. Sic
deus dilexit mundū: vt filiū suum
vnigenitū daret. vt ois qui credit
in eū non pereat/sed habeat vitā
eternā Non enī misit deus filium
suū ī mundū vt iudicet mundum:
sed vt saluet mundus per ipsum.
Qui credit in eum: non iudicatur.
Qui aūt nō credit iam iudicatus
est: qz non credit in noīe vnigeni-
ti filii dei. hoc est aūt iudicium: qz
lux venit in mundū / et dilexerūt
homīes magis tenebras q̄ lucem
Erant enī eorū mala opera. Ois
enī qui male agit: odit lucem. Et
non venit ad lucē: vt nō arguant
opera eius. Qui aūt facit verita-
tem venit ad lucē vt manifestent
eius opera: qz in deo facta sunt.
Cred. Offer. Intonuit de celo dūs
ꝫ altissim⁹ dedit vocem suā ꝫ appa
ruerūt fōtes aquar allā. Secreta
PUrifica qs dn̄e vt scōz pmis-
sionē filii tui dn̄i nostri iesu
xpi: spiritussanctus ꝫ huius nobis
sacrificii copiosius reuelet archa-
num: et oēm referet ꝑpicuus veri-
tatē. Per dn̄m in vnitate eiusdē.
Prefatio Qui ascendens. et Com-
cantes. et Hanc igit. Cōio. Spūs
sanctus docebit vos allā: quecūq
dixero vobꝫ alleluya allā. Postcō.

PUentium in nobis dn̄e remē
diū nostre redēptionis ope-
rare: vt habitatiōe sanctispūs di-
gni effici valeamus. Per do. in vni-
tate eiusdē. ¶ Feria tercia. Offm̄.
ACcipite iocūditatem
glorie vestre alleluya
gratias agētes deo al
leluya. quibos ad cele
stia regna vocauit allā allā allā.
ps. Attendite popule me⁹ legē me
am: iclinate aurem vestrā in ver-
ba oris mei. Gloria. Oratio
ADsit nobis dn̄e qs virtus
spūssancti: que et corda nostra cle-
menter expurget/et ab oib⁹ tuea
tur aduersis. Per dn̄m eiusdem.
Lectio actuum apostolorū. viii.
IN diebus illis: Cum audis-
sent apostoli qui erant hie-
rosolymis qz recepisset samaria
verbū dei: miserūt ad eos petrum
et iohannē. Qui cū venissent: ora
uerunt pro ipsis vt acciperent spi
ritū sanctū. Nondū enī in quenq̄
illorū venerat: sed baptizati tātū
erant in noīe dn̄i iesu. Tunc in po
nebāt manus sup illos: et accipie
bant spm̄ sctū. Allā ꝟ. Emitte spi
ritū tuū ꝫ creabūt: ꝫ renouabis fa
ciē terre. Allā ꝟ. Ueni sācte spirit⁹
reple tuor corda fideliū ꝫ tui amo
ris ī eis ignem accende. Sequētia
EYa musa dic queso preclara
chorea. Blanditāq libēs
perstrepe organa. Ast modulans
tybia resultet plectro laudū leta
carmina. Nostraq caterua huius
diei eupzepia. Paraclyti carisma
hac die alūnos christi pleue intrat
Facto repente sono linguis chri-
stifantur magnalia. Uesano ple-
na ructu perfidia: musto alūnos.
madere putat spiritus gratia ar-
dentes quos reddit feruida. Nul

Anastasi peracta quinquagena mi-
sticus penetrat spūs pectorū inti-
ma oppido redēs flāmātia. Mox
egressi oēs vna tetra peragrant
arua insūdentes verbi semia. Mi-
stica patrantes signa sugno roze
noua bibula madidāt intima. Ec-
ce xpē nūc caterua tua In hac au-
la decantāt cātica. Ut celesti per
mixta agmini indiscrete dicat no-
ua tibi pmēs cātica. Sit perēnis
dño glīa. Decus honor potestas
per secula. Qui tribuit spūs gra-
tiā oībus per arua qui sequūtur
eius monita. Poscimus oēs vna
supplices magnalia. Ut sanctus
nostra spiritus emundans intima
Illustret clare sophia allā. Scdm
In illo tpe: Dixit (ioh x.
Iesus discipulis suis. Amen
amen dico vobis: qui non intrat
per ostiū in ouile ouiū sed ascen-
dit aliunde / ille fur est et latro.
Qui autē intrat per ostiū: pastor
est ouiū. Huic ostiarius aperit: et
oues vocem eius audiūt. Et pro-
prias oues vocat noīatim: et edu-
cit eas Et cum pprias oues emise-
rit: ante eas vadit. Et oues illum
sequūtur: qz sciunt vocē eius. Ali-
enū aūt non sequūtē: sed fugiūt
ab eo / qz non nouerūt vocē alieno-
rū. Hoc puerbium dixit eis iesus.
Illi aūt non cognouerunt: qd loq-
retur eis. Dixit ergo eis iterum ie-
sus. Amē amen dico vobis: qz ego
sum ostiū ouiū. Oēs quotqt vene-
runt fures sunt ꝯ latrones. sz non
audierūt eos oues Ego sum ostiū
Per me si qs itroierit saluabitē:
et ingredietur et egredietē / et pa-
scua inueniet. Fur non venit nisi vt
furetē: et mactet et perdat. Ego ve-
ni vt vitā habeant: et abundātiꝰ
habeant. Credo. Offm. Portas ce-
li apuit dñs ꝯ pluit illis mānā vt
ederent: panē celi dedit eis panē an-
gelorū mādūcauit homo allā. Se.
Descendat qs dñe spūssctūs
super hoc altare: qui et do-
na populi tui sanctificet: et sumen-
tiū corda placatus emūdet. Per
dñm in vnitate eiusdem. Co.
Spūs q a pre pcedit allā: ille me
clarificabit alleluya allā. Postcō.
Mentes nostras qs dñe spūs
sanctus diuinis reparet sa-
cramētis: qz ipse est remissio oīm
pctōz. Per do. in vnitate eiusdē.
¶ Feria quarta quattuor tpm nō
dicit allā magna missa ꝙ de ieiu-
nio nec in sexta feria. neqz in sab-
bato scdm vsum sarum. Officium
Deus dum egredereris
corā populo tuo allā.
iter faciens eis allā. ha-
tribuis vt placeris. Per do. Cō io.
Mense septimo festa celebrabitis
cum in tabernaculis habitare fe=
cerim filios israel cum educerim
eos de terra egypti ego dominus
deus vester. Postcommunio.

Perficiant in nobis domine
quesumus tua sacramenta
quod continent: vt que nunc spe=
cie gerimus/rerum veritate capia
mus. Per dominum nostrum.

¶ In dedicatione ecclesie. Officiū



Terribilis est locus
iste hic domus dei
est et porta celi et vo
cabit aula dei. In
tempore paschali.
alleluya. ps. Dominus regnauit
decorem indutus est: indutus est
dn̄s fortitudinē et precinxit se. Or.

Deus qui nobis per singulos
annos huius sancti templi
tui consecrationis reparas diem
et sacris semper misteriis represē=
tas incolumes: exaudi preces po=
puli tui et presta: vt quisquis hoc
tēplum beneficia petiturus ingre
ditur: cuncta se impetrasse letetur.
Per. Lectio libri apocal. beati io=
hannis apostoli. xxi. capitulo.

In diebus illis: Ego iohan=
nes vidi ciuitatem sanctam
hierusalem nouam descendentem
de celo: a deo paratam sicut spon
sam ornatam viro suo. Et audiui
vocem magnam: de throno dicen
tem. Ecce tabernaculum dei cum
hominibus: et habitauit cum eis.
Et ipsi populus eius erūt: et ipse
deus cū eis erit eorū deus. Et ab=
sterget deus omnē lachrimam ab
oculis eorū: et mors vltra nō erit
neq; luctus/neq; clamor/neq; do=
lor erit vltra/que prima abierunt.
Et dixit qui sedebat in throno: ec
ce noua facio omnia. Graduale. Lo
cus iste a deo factus est inestima=
bile sacramentum irreprehensibi
lis est. ℣. Deus cui astat angelorū
chorus exaudi preces seruorū tuorū
Alleluya. ℣. Adorabo ad templum
sanctū tuum et confitebor nomi
ni tuo. Per duo. Alleluya. Seque
tia dicuntur alternis vicibus per
octa. nisi i dn̄ica et in octaua die.
Alla. ℣. O q̄ metuendus et vene=
randus est locus iste: vere non est

ple aliud nisi dom⁹ porta celi. Allã.
V⁹. Fundata est domus dñi super
verticē montiũ et exaltata est sup
omnes colles. Licet i xl. hoc festũ
euenerit / dicitur ista sequentia.

Hierusalē et syon filie cetus
ols fidei curie melos pan-
gat iugis leticie. Allã. Xps enim
desponsat hodie matrē nrām nor-
ma iusticie quā de lacu traxit mi-
serie ecclesiam. In sponsam eccleme
cia sponsa sponsũ letatur glõia regi
nis laudis cũ glia felix dicta. Nos
vt datur crescit leticia quos terra
triplex potētia tangens celum ter
ras et stigia iusticia. Mira loquar
sed sana credere federatã tam lar-
go munere de pprio pduxit late-
re dormiens homo. Formatā vt sic eccle
sia figurauit in paci glozia ade co
sil formata femina hostis eua.
Eua fuit nouerca posteris hec est
mater electi generis vite portus
asilum miseris et tutela. Pulchra
potens partu mirabilis vt luna
sol fulget spectabilis pl⁹ acie mul
to terribilis ordinata. Multiplex
est singularis vna gñalis et indi-
uidus omis cui rex⁹ simul vna pa
rit turmas. Hec signa iordanis
fluctibus hec quevenit e terre fini
bus scientiã audire cominus salo
monis. Sit typicis descripta sen-
sibus nuptiarũ indutavestib⁹ celi
pfecer hodie ciuibus xpo iuncta.
O solēne festũ leticie quo vnitur
xps eccl'e i qua uke salutis nuptie
celebrant. Cetus felix dulce cõui-
uiũ lapsis tibi datur solatiũ despe
ratis offert spaciũ respirandi. In-
stis inde soluunt premia angelo-
rũ nouant gaudia leta nimis qd
facit gra caritatis. Ab eterno fons
sapientie intuitu solius gre sic pre
uidit in verũ series hec futura. Xps
ergo nos suis nuptiis recreatos
veris diuitiis interesse faciat so-
ciis electorũ. Infra. lxx. vsq ad ca
put ieiunii in oct. tñi. h⁹ festi dr tr.

Quam dilecta tabernacula
tua dñe virtutũ: zcupiscit et
defecit ala mea i atria dñi. V. Cor
meũ et caro mea exultauerũt i deũ
viuũ. V. Etenim passer inuenit sibi do
mũ et turtur nidum sibi vbi reponat
pullos suos. V. Altaria tua dñe vir
tutũ rex meus et de⁹ meus. V. Bti
q hitãt i domo tua: i eternũ lauda
bũt te dñe. In pas. tpe erit seq: al
de resurrectiõe. qtidie p oct. et in
oct. et etiã i prima die. S. luce. xix

In illo tpe: Egressus iesus
perãbulabat hierico. Et ec-
ce vir nomine zacheus: et hic erat
princeps publicanorũ et ipse diues.
Et qrebat videre iesũ qs esset: et
non poterat pre turba: qz statura
pusillus erat et precurrēs ascēdit
in arborē sicomorum vt videret
eũ: qz inde erat trãsiturus. Et cũ
venisset ad locũ suspiciens iesus
vidit illũ: et dixit ad eum. zachee
festinans descende: qz hodie in do
mo tua oportet me manere. Et fe
stinãs descēdit: et excepit illũ gau
dens. Et cũ viderent oēs: murmu
rabant dicētes qz ad hoiem pctõ-
rem diuertisset. Stans aũt zache
us: dixit ad dñm Ecce dimidiũ bo
norũ meorũ dñe do pauperib⁹: et si
qd aliquẽ defraudaui reddo qua-
druplũ. Ait iesus ad eũ. Qz hodie
salus huic domui facta est: eo qz et
ipse filius sit abrahe. Venit enĩ fi
lius hoĩs qrere et saluũ facere: qd
perierat. Offert. Dñe de⁹ in simplicita
te cordis mei let⁹ obtuli vniuersa
et ppłm tuũ q repert⁹ est vidi cũ
ingenti gaudio deus israel custo-
di hãc voluntatē. In tpe pas. alle.

Annue qs dñe precibus nostris: vt quicunqꝫ intra templi huius cuius anniuersariũ dedicationis diem celebramus ambitum continemur: plena tibi atqꝫ perfecta coꝛpoꝛis et anime deuotione placeamus: vt dũ hec presẽtia vota reddimus/ad eterna pꝛemia te adiuuante peruenire mereamur. p.d. Pꝛefatio quotidiana.

Cõio. Domꝰ mea domꝰ oꝛationis vocabitur dicit dñs: i ea ois q̄ petit accipit/⁊ qui querit inuenit⁊ pulsãti aperietur. In tempoꝛe paschali alleluya alleluya Postcõmunio.

Deus qui ecclesiã tuã sponsam vocare dignatus es vt qui habebat gratiam per fidem deuotionẽ haberet etiã ex nomie dignitatẽ: da vt omis hec plebs tuo nomini seruiens huius vocabuli consoꝛtio digna inueniatur. Qui vi.

Si hoc festũ a lxx. vsqꝫ ad pascha contigerit/dicit i. fine misse Benedicamus dño Si autẽ alio tempore anni finiatur. cum Ite missa est.

¶ Per totas octa. dr. eadẽ de dedicatione qñcũqꝫ hoc festũ scz ab oct. epypha. vsqꝫ ad lxx. et ab oct. pasche vsqꝫ ad ascen. dñi. vel a festo sãcte trinit. vsqꝫ ad aduen. dñi contigerit/nisi festum .ix. l. intercurrat sed sine sequentia. et Credo. tamẽ si sit dñica dicitur ista sequentia.

Letabundus exultet fidelis choꝛus celi curie. Cũ iocundus oꝛnatus regine thoꝛus regi gloꝛie. In tali cõnubio nubit lappa lilio soli stella Cũ miro consoꝛtio anime fit vnio dei cella Celebrantur hodie xpi et ecclesie caste nuptie. Sicut iungit spiritum homo deo subditum iugo gratie. In hoc patrocinio caro dei filio nupsit nobili. Ipse vero filius summus et eximius cessit humili Ima summus petiit et sponsã expetit quã de nigra gessit candidare Fecit quod disposuit quia sedam potuit quãdo sibi placuit emundare Ancillã ꝓpera. Ut fias libera Cũ viro regnans sceptrigera. Sponsum considera. Quem velat littera. Ipsum reuelat fides vera.

In Secundum lucam. vi. capi. Illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Omnis qui venit ad me et audit sermones meos et facit eos: ostendam vobis cui similis sit. Similis est homini edificanti domũ: qui fodit in altum et posuit fundamentum supꝛa petrã. Inundatione autem facta: illisũ est flumen domui illi/et non potuit eam mouere. Fundata enĩ erat supꝛa firmam petram. Credo. Of.

¶ In octa. dedicationis eccl'ie oĩa fiant sicut in pꝛima die cũ hac seq.

Quam dilecta tabernacula domini virtutum et atria. Quam electi architecti tuta edificia. Que non mouent imo fouent ventus flumen pluuia. Quam decoꝛa fundamenta per concina sacramẽta vmbꝛe precurrentia. Latus ade doꝛmientis euã fudit innuentis copule pꝛimoꝛdia Archam ligno fabꝛicatam nos seruans gubernatã per mundi diluuiũ. Pꝛolem sera tandem feta anus sara ridet leta nostrũ lactans gaudiũ In biuio tegens nuda geminos parit et iuda thamar diu vidua Hic moyses a puella dum se lauit in fiscella reperitur cirpea. Hic mas agnus imolatur quo israel sanatur eius cinctus sãguine. Hinc venit austri regina salomõis quã diuina condit sapientia. Hec est nigra sed foꝛmosa myꝛra et thure



fumosa virga pigmentaria. Hic futura, que figura obumbrauit reserauit nobis dies gratie. Jam in lectulo cū dilecto quiescamus et psallamus adsunt enim nuptie. Nuptiarum tonat initium in tubis epulanciū et in unis per psalterium. Sponsum milena milia vna laudant melodia sine fine dicentia alleluya allā. Scdm iohannem. x.

In illo tempore: Facta sunt encenia in hierosolymis: et hyems erat Et ambulabat iesus in templo: in porticu salomonis Circūdederunt ergo eū iudei: et dixerūt ei Quousqꝫ aiam nostram tollis? Si tu es xp̄s: dic nobis palam. Respōdit eis iesus. Loquor vobis: et non creditis. Opera que ego facio in noīe patris mei: hec testimonium perhibent de me. Sed vos nō creditis: qꝛ nō estis ex ouibus meis. Oues mee vocē meam audiūt: et ego cognosco eas et sequūtur me/ et ego vitam eternā do eis Et non peribunt in eternū: et nō rapiet eas qsq̄ de manu mea. Pater meus quod dedit michi maius oībus est: et nemo potest rapere de manu patris mei. Ego et pater vnū sum⁹ Non dr̄ Credo. nisi dn̄ica fuerit. Si hoc festum a capite ieiunij vsqꝫ ad cenā domini contigerit/ michi fiat de fest. nisi tm̄ in prima die preter memorie. infra octabis et in octabis. ¶ In consecratione ecclesie. Officium.



Terribilis est locus iste / hic domus dei est et porta celi: et vocabitur aula dei. In tēpore paschali. alleluya ps. Dominus regnauit decorem indut⁹ est: indut⁹ est dn̄s fortitudinē et precinxit se. Oratio.

Deus qui sacrandorum tibi auctor es munerum effūde super hanc orationis domū benedictionem tuam: vt ab omnibus inuocantibus nomen tuū defensionis tue auxilium sentiatur. Per dn̄m. Ep̄la. Ego iohannes vidi ciuitatē. vt supra i die. dedicationis Gr. Locus iste a deo factus est inestimabile sacramētū irreprehēsibilis est v. Deus cui astat āgelorū chorus exaudi preces seruorū tuorum. Allā v. Adorabo ad tēplū sctm̄ tuū et cōfitebor nomi tuo. Sequētia. Quā dilecta. vt in oct. dedicationis. Euangeliū. Egressus iesus perambulabat. vt s i die dedicat. Offer. Dn̄e de⁹ i simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa: et populum tuū qui repertus est vidi cū ingēti gaudio de⁹ israel custodi hanc voluntatem In t p̄e pasch. allā. Sec.

Deus qui in omni loco dominationis tue totus assistis et totus operaris: accepta sacrificium nomini tuo benignus oblatum: et huius dom⁹ cuius es fundator esto protector: vt in virtute spiritussancti fiat hic semper seruientium etiam tibi deuota libertas. Per dn̄m. In vnitate eiusdē Cōmunio. Domus mea dom⁹ orationis vocabit dicit dn̄s: i ea omis qui petit accipit/ et q querit inuenit et pulsanti aperietur i tēpore paschali. alleluya alleluya. Postcōio.

Sacramentis domini refecti salutaribus gratias tibi referimus: reple quesumus hoc templum tue glorie maiestatis: vt in honorem nominis tui fiat populo tuo domus orationis. Per dominū nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecū. ¶ In reconciliatione ecclesie Officium.



Um sanctificatus fuero in vobis cõgregabo vos de vniuersis terris & effundam super vos aquam mundam/et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris & dabo vobis spiritum nouum In tempore paschali. alleluya. ps Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Oratio.

Deus qui dixisti domus mea domus orationis vocabitur: domum istam gentium spurcitiis contaminatam mundare et sanctificare digneris: vt omnium preces et vota in loco hoc ad te clamantium exaudias: et benigne perficias. Qui viuis et regnas. Epla. Ego iohannes vidi. sicut in die dedicationis. Gr. Tollite hostias & introite in atria ei⁹: adorate dominum in aula sancta ei⁹. V. Reuelauit dñs condensa: et in templo ei⁹ omnes dicent gloriam Alleluya. V Confitemini domino & inuocate nomen eius. annũciate inter gentes opera ei⁹. Secundũ lucam. vi. ca.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Non est arbor bona que faciet fruct⁹ malos: neq; arbor mala faciens fructum bonum. Vnaqueq; enim arbor: de fructu suo cognoscitur. Neq; enim de spinis colligunt ficus: neq; de rubo vindemiant vuã. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: et malus homo de malo thesauro pfert malum. Ex abundantia enim cordis: os loquitur. Quid enim vocatis me domine domine: et non facitis que dico? Omnis qui venit ad me et audit sermones meos et facit eos: ostendam vobis cui similis sit. Simili est homini edificanti domum: qui fodit in altum et posuit fundamẽtum supra petrã. Inundatione autem facta: illisuz est flumen domui illi/et non potuit eam mouere. Fundata eni erat: supra firmam petram. Offr. Oraui deum meum ego daniel dicens exaudi domine preces serui tui: illumina faciem tuam super sanctuarium tuum: & propici⁹ intẽde populũ istuz super quẽ inuocatum est nomẽ tuum deus. In tempore paschali. alleluya alleluya. Secreta

Hec hostia quesumus domine & locum istum ab immundiciis iniquorum vel patrate offẽsionis expurget: et supplicationes nostras hic et vbiq; reddat acceptas Per dominũ nostrum iesum xpm. Cõmunio Acceptabis sacrificiũ iusticie: oblatiões & olocausta super altare tuũ domine. In tẽpore paschali. alleluya alleluya. Postcõio

Percipientes domine munera salutis eterne te supplices exoram⁹: vt templum hoc vel cimiterium a barbarorum vel iniquorum inquinamentis emũdatum tua benedictione maneat sanctificatum: et pectora nostra ab omni sorde viciorum aliena tibi semper assistãt deuota. Per dominũ nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit. etc.

¶ Ad missam dicendam dum sacerdos induit se sacris vestibus dicat hym.

Veni creator spiritus mentes tuorum visita imple superna gratia que tu creasti pectora. Qui paraclytus diceris donum dei altissimi fons vivus ignis caritas et spiritalis unctio. Tu septiformis munere dextre dei tu digitus tu rite promissum patris sermone ditans guttura. Accende lumen sensibus infunde amorem cordibus infirma nostri corporis virtute firmans perpetim. Hostem repellas longius pacemque dones protinus ductore sic te previo vitemus omne noxium. Per te sciamus da patrem noscamus atque filium teutriusque spiritum credamus omni tempore. Sit laus patri cum filio sancto simul paraclyto nobisque mittat filius carisma sancti spiritus. Amen. ℣. Emitte spiritum tuum et creabuntur. ℟. Et renovabis faciem terre. Oratio.

Deus cui omne cor patet et omnis voluntas loquitur et quem nullum latet secretum: purifica per infusionem sancti spiritus cogitationes cordis nostri: ut te perfecte diligere et digne laudare mereamur. Per xpm. Deinde sequatur ant. Introibo ad altare dei. ps. Iudica me deus et discerne. totus. ps. dicitur cum Gloria patri. Deinde dicitur ant. Introibo ad altare dei ad deum qui letificat iuventutem meam. Kyrieleison. Xpe eleison. Kyrieleison. Pater noster. Ave maria. His finitis et officio misse inchoato cum post officium. Gloria patri. incipitur: accedat sacerdos cum suis ministris ad gradum altaris et dicat ipse confessionem / dyacono assistente a dextris / et subdyacono a sinistris hoc modo incipiendo. Et ne nos inducas. Sed libera. Confitemini domino quoniam bonus. Quoniam in seculum misericordia eius. Confiteor deo / beate marie / omnibus sanctis / et vobis: quia peccavi nimis cogitatione / locutione / et opere mea culpa. precor sanctam mariam / omnes sanctos dei / et vos orate pro me. Ministri respondeant. Misereatur vestri omnipotens deus et dimittat vobis omnia peccata vestra / liberet vos ab omni malo / conservet et confirmet in bono et ad vitam perducat eternam. Sacerdos Amen. Et postea dicant. Confiteor. quo dicto dicat sacer. Misereatur. vestri. deinde dicat sacerdos. Absolutionem et remissionem omnium peccatorum vestrorum / spacium vere penitentie et emendationem vite / gratiam et consolationem sancti spiritus tribuat vobis omnipotens et misericors dominus. Ministri respondeant Amen. Et sciendum est quod quicunque sacerdos officium exequatur: semper episcopus si presens fuerit ad gradum altaris dicat. Confiteor. Misereatur. et Absolutionem. Deinde sacerdos dicat. ℣. Adiutorium nostrum. Qui fecit. Sit nomen. Ex hoc. Oremus. Deinde finitis precibus sacerdos deosculetur dyaconum postea subdyaconum ita dicens. Habete osculum pacis et dilectionis ut apti sitis sacro sancto altari ad perficiendum officia divina. Et hoc semper observetur per totum annum / nisi tantum in missis pro defunctis / et in tribus primis feriis ante pascha. His itaque peractis ceroferarii candelabra cum cereis ad gradum altaris dimittant: deinde accedat sacerdos ad altare et dicat in medio altaris tacita voce inclinatoque corpore et iunctis manibus. Oremus. Oratio.

Aufer a nobis domine quesumus omnes iniquitates nostras: ut ad sancta sanctorum puris mentibus mereamur introire. Per christum

Tunc se erigat sacer. & osculet al-
tare et hoc in medio : et signet se i
facie sua ita dicēs **In nomine pa-
tris et filij & spūsancti. Amen.** Dein
de ponat dyaconus thus in thuri
bulum et dicat sacerdoti **Bñdicite**
et sacerdos dicat **Dñs. Ab ipo be-
nedicat hoc incēsum: in cuius ho-
nore cremabit. In noīe patris. &c.**
Tūc dyaco. et thuribulū tradens
deosculet manū eius: & ipe sacerd.
thurificet mediū altaris & vtrūq
cornu altaris. pmo in dextera scdo
in sinistra parte/ et iterū in medio
deinde ab ipo dyaco. ipe sacer. thu
rificet. et postea tertū ministerio
subdyaco. sacerd. deosculet. His
itaqz gestis in dextro cornu alta-
ris cū dyaco. et subdya. offm misse
vsqz ad orōnē psequatur: vel vsqz
Glia in excel. qū dr Et post offm
et psalmum repetatur offm & post
ea dr. **Glia pri.** et. **Sicut erat** ter-
cio repetat offm. Et hoc per totū
annū obseruet tā in dñicis q̄ in fe
stis sctōr/ et in oct. et infra qū cho
rus regit in oibus missis de sācta
maria p totū annū obseruet nisi
in dñica passionis dñi / et ab hinc
vsqz ad cenā dñi ad missā scilicet de
tpali tpe. tūc statim post psalmū q̄
dr post offm reincipiat officiū sine
Glia pri. Post repetitionē officij
principalis rector chori offm mis-
se a cātore q̄rere debet/ deinde illd
suo socio itimare/ et postea simul
incipe. Et simile **Kyrie. Sequen-
tia. Offer. Sanctus. Agnus dei.**
et. Cōio. q̄rant/ intimentur & inci
piant. His finitis et officio misse
inchoato cū post offm **Glia patri**
incipit/ tūc accedāt ministri ad al-
tare ordiati. pmo ceroferarij duo
pariter incedētes. deinde thuribu
larij. post subdyaconus exide dya.
post eū sacerd. dyaco. et subdy. ca
sulis indutis scz q̄tidie p aduentū
et a lxx. vsqz ad cenā dñi qū de tem
porali dr missa; nisi in vigilijs et
q̄ttuor tpibus: man9 tū admodū
sacerdotū nō hñtibus: ceteris vero
ministris scz ceroferarijs thuribu
lario et accolito in albis cum ami
ctibus exiſtētibus. In alijs do tpi
bus anni qū de tpali dr missa et in
festis sctōr totius āni vtant dya.
et subdya. dalmaticis et tunicis
nisi in vigilijs et quattuor tpibus
nisi in vigi. pasche et pēthe. et na
tiui. dñi si in dñica cōtigerit: et ex-
cepto ieiunio q̄ttuor tpm qd cele-
brat in ebdo. pēthe. tūc dalmaticis
et tunicis indui debent. In die pa
rasceues / et in rogationibus ad
missam ieiunij et proces. et in missis
dñicalibus & sctōr q̄ in capitulo di
cunt: tunc eni albis cū amictibus
vtant: ita tū q in tpe pasc. de q̄cū-
qz dr missa nisi in īuentione sancte
crucis vtant ministri altaris vesti
mentis albis ad missam. Sic fiat
in festo annūcia. b. marie. & in con
cept. eiusdē. et in vtroqz festo sācti
michaelis. et in fe. scti iohis apli
ebdo nati. dñi. et per oct. et in oct.
assūp. et nati. b. marie. et in cōme-
morationibus eiusdē per totū ānū
et p oct. & in oct. dedicationis eccle
Rubeis vero vtant vestimentis
oib9 dñicis p annū extra tps pas-
che qū de dñica agit. et in iiij. fer.
in capite ieiunij. et in cena dñi. et
in vtroqz festo sctē crucis. in q̄libet
festo martyrū aplor et euangeli-
starū extra tps pas. In oibus aūt
festis vnius cōfessoris vel plurimor
cōfessorū vtant vestimētis crocei
coloris. Quo facto sacerdos. et sui
ministri in sedib9 paratis se recipiāt
& expectent vsqz ad **Glia. in excel**

quod incipiat semper in medio altaris qualitercumque dicitur omnibus dominicis per annum: quando Gloria in excels. dicitur / dicitur unum istorum pro dispositione cantoris.









¶ In omnibus maioribus duplicibus dicatur unum istorum pro dispositione cantoris.






¶ In oib⁹ aliis duplicib⁹ dr unu istorū pro dispositione cantoris.





Gloria in excelsis deo.

¶ In utroque fest. sci michaelis et in fest. sci dunstani dr hic cantus





¶ In oibus festis et in oct. quādo inuitatꝫ a trib⁹ cantat dr unū istorū pro dispositione cantoris.






¶ In oib⁹ aliis festis simplicibus cū iii. ꝑ. ix. lect. in qbus chorus regitur dicat unū istorū cantuum.






¶ In oib⁹ fest. iij. lec. et in oc. qn chorus nō regit dicit unū istorum





In commemoratione beate marie dicitur hic cantus per totum annum quando dicitur



Gloria in excelsis deo.
Nisi quando ultimo fit servitium de sancta maria ante adventum domini et ante .lxx. et in oct. assump. et nati. beate marie tunc enim dicitur sequens cantus tam a choro quam a sacerdote et eius ministris ad altare.



Glo ri a in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine deus rex celestis deus pater omnipotens. Domine fili unigenite iesu christe. Spiritus et alme orphanorum paraclite. Domine deus agnus dei filius patris. Primogenitus marie virginis matris. Qui tollis peccata mundi miserere nobis. Qui tollis peccata mundi: suscipe deprecationem nostram. Ad marie gloriam. Qui sedes ad dexteram patris: miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. Mariam sanctificans. Tu solus dominus. Mariam gubernans. Tu solus altissimus. Mariam coronans. Jesu christe. Cum sancto spiritu in gloria dei patris. Amen. In omnibus aliis missis quando dicendum est/dicitur sine prosa. Post inceptionem. Gloria in excel. divertat se sacerdos ad dextrum cornu altaris et ministri cum eo per se quentes: dyaconus a dextris. et sub dyaconus a sinistris sub missa voce dicant idem. In dupl. festis/principalis rector chori. Gloria in excel. quando debet dici queret a cantore/et sacerdoti iniungat. Notandum est quod omnes clerici stare tenentur ad missam: nisi dum lectio epistole legitur. et grad. et. Alla. vel tractus cantatur. In dupl. tamen festis stare tenentur omnes dum a choro. Alla. canitur. Pueri vero semper sine stantes ad missam choro canente. Rectores vero chori cum duo tantum habentur/sequantur per omnia regulam clericorum de secunda forma ad vesperas/matutinas et ad missam/nisi quod semper dum chorus canit. Alla. stare tenentur: et in inceptionibus cantuum ad missam ad altare se convertant. In dupl. festis omnes rectores chori omnia imitentur ut supra. Et notandum est quod omnes clerici conversi ad altare stare tenentur dum ad missam. Gloria in excelsis deo inchoatur: quousque chorus caret. Et in eodem hymno ad hec verba. Adoramus et ad hec verba. Suscipe deprecationem nostram. et in fine eiusdem cum dicitur. Jesu christe cum sancto spiritu in gloria dei. usque ad epistolam vel lect. Dictoque grad. Alla. et sequentia vel tra. a sacerdote. primum cum suis ministris accipiat subdyaconus panem et vinum et aquam cum calice et ea preparet ad eucharistie ministrationem. benedictione prius aque a sacerdote petita hoc modo. Benedicite. sic respondeat sacerdos. Dominus. Ab eo sis benedicta: de cuius latere exivit sanguis et aqua. In nomine patris. et. Sacerdos vero iterim sedeat in sede sua. In fine vero gr. vel tractus vel Alla. vel sequen. chorus ad altare se inclinet antequam ad lectorium eun

gelii se vertat: et ad Gloria tibi do. scz ad altare se vertat lector euangelii et etiã oēs clerici signo crucis se signent: qđ ter ad missã publice obseruat: scz ad Gl'a in exc. quãdo dicit In gl'ia dei p̄tis Amē et ad Gloria tibi. et post Sanct' cũ dicitur Benedict' qui venit in noīe dñi. et ad inceptionē Credo in vnũ. quousq3 chorus cantet: et iterũ ad altare ter inclinet scz dum dicit hec clausula Et incarnatus est de sp̄u sancto ex maria virgie et homo factus est. Crucifix' etiã pro nobis sub poncio pylato et in fine cũ dicit Et vitã venturi seculi. Amen. Ab hinc quousq3 etiã inchoetur offi. et post offi. quousq3 cõpleatur totũ officiũ misse: hūc gestum chorus imitetur omi festo per annũ. Per totũ autem aduentum non dicit Gl'ia in excel de quocunq3 dicitur missa: nec a septuagesima vsq3 ad vigiliam pasche. His itaq3 peractis factoq3 signaculo crucis in facie sua: vertat se sacerdos ad populũ eleuatisq3 aliquãtulum brachiis iũctis manibus dicat hoc modo.


Et chorus respõdeat Et cum spiritu tuo.

Dominus vobiscum. sub eodē tono, et iterũ reuertat sacerđ. ad altare / et dicat hoc modo.


Quotienscũq3 dicit Domin' vobiscũ. ad missã scz sub eodē tono dicet similiter et

Oremus. nisi in p̄fationibus et nisi in missa sponsalium cũ fiat benedictio sup sponsũ et sponsam ante Pax dñi tunc enim dicitur sic et in consi-


milibus ita determinando.



Dominus vobiscum. Oremus. Deinde dicitur oratio / sic determinando.



Per omnia secula seculorum.



Amen.

Et si aliqua memoria habenda est iterũ dicat sacerdos Oremus vt supra. Et quando plures sunt collecte dicēde: tūc omnes orationes que sequuntur sub vno Per dñm. et vni Oremus dicuntur: ita tamen q septenariũ numerũ excedere nō debēt secundũ vsum ecclesie Sar. Et semper dum stat sacerdos ad officium misse post eum stet dyaconus directe in proximo gradu. et subdyaconus similimodo directe in secũdo gradu post dyaconũ: ita vt q̃tiens sacerdos ad populum se conuertit dyaconus similiter se conuertat. Subdyaconus vero interim genuflectendo de casula sacerdotis aptanda subministret. Et si episcopus celebrauerit / omnes dyaconi in gradu dyaconorũ consistant / principali dyacono mediũ locum inter omnes obtinente. Simili modo in gradu subdyaconorum se habeant ceteris omnibus dyaconis et subdyaconis / gestum principalis dyaconi et principalis subdyaconi imitantibus: excepto q principalis subdyaconus sacerdoti ad populum cõuertenti solus subministret.

Sciendū est autē φ quicq̄d sacerdo. dr̄ ante ep̄lam in dextro cornu altaris expleat p̄ter iceptionē Glia in excel. sic̄ fiat post perceptione sacramēti Cetera oīa in medio altaris expleant/nisi forte dyaconus defuerit. Tūc ei in sinistro cornu altaris legat euāgel. Post introitū vero misse vnus ceroferariorū panē vinū et aquam q̄ ad eucharistie ministrationē disponū tur deferat: reliquus vero pelui cū aqua et manutgio portet chorum licet ingredi vsq̄ ad cōplet. p̄me collecte: cetera vsq̄ ad Credo dn̄r vbsū in prima dn̄ica aduentus

Credo in vnū deū. Patrem oīpotentē factorē celi et terre: visibilium oīum ꝫ inuisibiliū. Et in vnū dn̄m iesū xp̄m filium dei vnigenitū Et ex patre natū ante oīa secula. Deū de deo lumen de luie deum verū de deo vero. Genitū non factū consubstantialē patri: per quem oīa facta sunt. Qui propter nos hoīes et ꝓpter nostrā salutē descendit de celis. Et incarnatus est de sp̄u sctō ex maria virgine: et homo factus est. Crucifix9 etiam ꝓ nobis sub poncio pylato passus et sepultus est. Et resurrexit tercia die secūdū scripturas. Et ascēdit in celū sedet ad dexterā patris. Et iterum venturus est cū gloria: iudicare viuos ꝫ mortuos: cuius regni nō erit finis. Et in spiritum sanctum dn̄m et viuificantem: q̄ ex p̄re filioq̄ procedit. Qui cū patre et filio simul adoratur et cōglorificatur: qui locut9 est per ꝓphetas. Et vnā sanctā catholicam et ap̄licam ecclām. Cōfiteor vnū baptisma in remissionē pctōrum. Et expecto resurrectionē mortuorū. Et vitam venturi seculi Amē.

Dū a choro canit Credo. accedat dyaconus post lectū euāgeliū ꝫ offerat sacerdoti librū euāgeliorum vel textū deosculando in sinistris eius. Deinde sequat. Dn̄s vobiscum. et Oremus. Deīde dr̄ Offr. Post offr̄ vero porrigat dya. sacerdoti calicem cum patena et sacrificio: et osculet manū ei9 vtraq̄ vice. Ip̄e vero accipiēs ab eo calicē diligēter ponat in loco suo debito super medium altare: et inclinato parūper eleuet calicē vtraq̄ manu offerens sacrificium domino dicendo hanc sequentem orationem.

Suscipe sancta trinitas hanc oblationē quā ego indignus pctōr offero in honore tuo / beate marie / et oīm sanctorꝫ tuorꝫ ꝓ peccatis et offensionibus meis / pro salute viuorꝫ et requie oīm fidelium defunctorum. In noīe patris: ꝛc. Acceptum sit oīpotenti deo hoc sacrificiū nouū. Dicta oōne reponat calicē et coopiat cū corporalibus ponatq̄ panē sup corporalia decēter ante calicē vinū et aquam cōtinentē et osculet patenā et reponat eā a dextris sup altare sub corporalibus partē coopiēdo. Hoc pacto accipiat thuribulum a dya. et thurificet sacrificium: vꝫ vltra ter signum crucis faciens: et ter in circuitu et ex vtraq̄ parte calicis et sacrificiū: deinde locum inter se et altare Et dum thurificat dicat. Dirigat dn̄e ad te oīo mea: sicut incensū in conspectu tuo. Postea thurificet ip̄e sacer. ab ipso dya. et subdya. deferat ei textum deosculandū: deīde accolitus thurificet

chorū incipiēs a rectoribus chori/ deinde superioris gradū ex parte decani incipiens ab ipso decano vel a primiori stallo eo absente: postea superioris gradū ex parte cantoris. Eodē ordine scdas: exinde primas formas. ita q ipse puer singulos pueros incensando illis icli net subsequēte eū dyacono cū textu ab oibus deosculādo. Si eps celebrauerit et duplex festū fuerit duo pueri veniēt cū thuribulis et duo subdya. cū duob9 textibus vel reliquiis. Si aūt eps nō celebrauerit et duplex festū fuerit: textū deferat accolitus ex parte cantoris. Primo aūt thurificandus est cantor qui stat i medio chori cum ceteris rectoribus chori: scz ilect. maioribus dup. fest/ deinde principales rectores chori ex vtraq parte sui et inde duo rectores scdarii. postea chorus more solito: eodē quoq ordine sequant text9 Qñ vero nō dr. Credo tunc imediate post. Orēm9. et offer. accedat dya. & offerat sacer. calicem cum patena et cetera solito more expleantur. et thurificet sacrificium more solito: sed chor9 non thurificetur. Nunq enim incensatur chorus post euangelium ad missā/ nisi quando dr. Credo sed tunc semp. His itaq peractis eat sacerdos ad dextrum cornu altaris: et abluat man9 dicens. Munda me dñe ab omi inquinamento mentis et corporis vt possim mūdus implere opus sanctū domini. Dyacono interi ipsū altare in sinistro cornu thurificantes reliquias more solito in circuitu. Ablutis manibus sacerdos reuertat se ad altare ad diuinum officium exequendū. et dyaconus et subdyaconus gradibus suis ordinate supradicto modo se teneant. Deinde reuertat se: et stans ante altare inclinatoq capite et corpore iūctis manibus dicat hanc orationem.

In spiritu humilitatis et in animo contrito suscipiamur dñe a te: et sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo / vt a te suscipiatur hodie et placeat tibi domine deus. Et erigens se deosculetur altare dextris sacrificii: et dans benedictionē vltra sacrificium: postea signet se dicēs. In nomine patris. &c. Deinde vertat se sacer. ad pplm et tacita voce dicat

Orate fratres et sorores pro me vt meū pariterq vestrum acceptū sit dño deo sacrificium. Responsio clericorū priuati. Spiritussancti gratia illuminet cor tuum & labia tua: et accipiat dñs digne hoc sacrificium laudis de manibus tuis pro peccatis & offensionib9 nostris In missis vero pro defunctis post ablutionem manuum sacerdotis: stati incipiat sacerdos iunctis manibus in medio altaris conuersus ad altare dicens.



Hostias et preces tibi domine offerimus.



Et chor9 cātādo respōdeat. Tu suscipe pro animabus illis quarum hodie memoriā agimus fac eas dñe de morte transire ad vitam. Et interim dicat sacerdos In spiritu humilitatis. Deinde statim conuersus ad populum tacita voce dicat. Orate fratres et sorores pro fidelibus defunctis.

Responsio clericorum cantando. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Quam olim abrahe promisisti: et semini eius. Notandum est q in omib⁹ missis pro corpore presenti/ et in anniuersariis cuiuscunq fuerit/ et in trigintalibus dicitur Hostias et preces. cum versus. Requiem eternam. Quam olim. In omnibus vero aliis missis pro defunctis non dicuntur/ nec in die animarū. Et reuersus ad altare sacerdos secretas orationes dicat iuxta numerum ante dictarum et ordinem ante epystolam ita incipiens. Oremus. Quibus finitis dicat sacerdos a plena voce. Per omnia secula seculorum. manib⁹ non leuatis/ donec dicitur. Sursum corda. Et tunc accipiat subdyaconus offer. et patenam de manu dyaconi ipsam patenam tenendam quousq Pater noster qui es. dicitur. quam accolito offertorio coopertam cōmittat in gradu scilicet post dyaconū interim constituto. Quod etiam obseruetur in omni missa ad autenticum altare celebranda per totum annum nisi tantum in missis pro defunctis/ tamen in die animarum obseruabitur.


Hec prefatio dicitur in die natiuitatis domini ad omnes missas/ et quotidie per ebdomadam/ et in die circuncisionis/ et in oibus missis de sancta maria ab hac die vsq ad purificatio. et etiam in die purificatio. Dicatur etiam in festo corporis xpi/ et in oct. eiusdē et infra quando de eo fit seruitium. dicitur etiam in cōmemoratione eiusdem Cōicantes. vero dicit tm vsq ad circūcisionē/ q in die circūcisionis




Eterne deus Quia



per icarnati verbi mysteriū: no-




ua mētis nostre oculis lux tue



claritatis ifulsit. vt dū visibi-



liter deū cognoscim⁹: p hūc in



inuisibiliū amore rapiamur

Infra canonem ad primā missā na- Et ideo cū angel. ti. dni. 𝔅z. Noctē sacratissimā. Ad oēs alias mis. 𝔅z. diē sacratissimū. qñcūq 𝔅z


Communicantes et diē sacratissimū celebrantes quo beate marie intemerata virginitas huic mundo edidit saluatorē. Sed et memoriā venerantes In primis eiusdem gloriose semper virginis marie genitricis eiusdem dei et domini nri iesu xpi. Sed et

beatoꝝ aploꝝ ac martyꝝ tuorum Petri. Pauli. Andree. Jacobi. Johannis. Thome. Jacobi. Philippi. Bartholomei. Mathei. Symonis et. Thadei. Lini. Cleti. Clementis. Sixti. Cornelij. Cypriani. Laurentij. Grisogoni. Johannis et. Pauli. Cosme et Damiani. Et omnium sanctorum tuorum quorum meritis precibusque concedas / ut in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundem christum dominum nostrum. Amen.


¶ Hec prefa. dr in die epyphanie et per oct. & in oct. et Cōicantes sic.




Eterne deus Quia cum



unigenitus tuus in substantia



nostre carnis apparuit: in no



uam nos immortalitatis sue lu-




cem reparauit. Et ideo cum.

¶ Infra canonem.


Communicantes et diem sacratissimum celebrantes quo unigenitus tuus in tua tecum gloria coeternus in veritate carnis nostre vi-

sibiliter corporalis apparuit nostre: memoriā venerātes In primis gloriose semp virginis marie genitricis eiusdem dei et dñi nostri iesu xpi. Sed et beatoꝝ aploꝝ ac martyꝝ tuoꝝ. Petri. Pauli. Andree. Jacobi. Johannis. Thome. Jacobi. Philippi. Bartholomei. Mathei. Symonis et Thadei. Lini. Cleti. Clementis. Sixti. Cornelij. Cypriani. Laurētij. Grisogoni. Johannis et Pauli. Cosme et Damiani. Et omnium sanctorum tuorum quorum meritis precibusque concedas: ut in omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundem christum dominum nostrum. Amen.


¶ Hec prefat. dr in fe. iiii. in capite ieiunii et in omnibus . de ieiunio nisi in dñicis ab hic usque ad cenam dñi




Eterne deus. Qui cor-



porali ieiunio vicia cōprimis:



mentē eleuas / virtutē largiris



et premia: per christum dominum



nostrum. Per quē maiestatē. &c.

¶ In dñicis per quadragesimā dr pfatio quotidiana. In cena dñi prefatio quotidiana dr. Infra canonē. Cōicātes. et Hanc igitur. et Qui pridie. tam ab epō q̄ a sacerdote dicatur. ¶ In canonem

Communicantes et diē sacratissimū celebrantes quo dominus noster iesus xps p nobis traditus est. Sed memoriam venerantes. In primis gloriose semp virginis marie genitricis eiusdē dei et dñi nostri iesu xpi. Sed et beatorū apostolorū ac martyrum tuorū Petri. Pauli. Andree. Jacobi. Johannis Thome. Jacobi Philippi. Bartholomei Mathei Symonis et Thadei. Lini. Cleti Clementis. Sixti. Cornelij. Cypriani. Laurētij. Grisogoni. Johannis et Pauli. Cosme et Damiani. Et omniū sanctorū tuorū quorū meritis precibusq̄ concedas: vt in omnibus ptectiōis tue muniamur auxilio. Per eundem xpm dñm nostrum. Amen. Item


Hanc igitur oblationem seruitutis nr̄e: sed et cūcte familie tue quā tibi offerimus ob diem in qua dñs noster iesus xps tradidit discipulis suis corporis et sanguinis sui mysteria celebranda. Quesumus dñe vt placatus accipias: diesq̄ nostros in tua pace disponas atq̄ ab eterna dānatione nos eripi / et electorū tuorū iubeas grege numerari. Per christum dominū nostrum. Amen.

Qui pridie q̄ pateretur pro nostra oīmq̄ salute hoc est hodie accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas: et eleuatis oculis in celū ad te deum. &c.


¶ Hec prefatio dr in die pasche, et per totā ebdo. et in oībus dñicis usq̄ ad ascen. qñ de dñica sine de pasch. dr. mis. Sz in vigil. pasche tm̄ dr in pfatiōe Sed in hac potissimū nocte. Quūcūq̄ alias dr / dicit Sed in hac potissimum die. Cōicātes. vo et Hāc igit. p ebd. et in oc. pasc. tm̄ dñr: ita q̄ in vigil. pasc. tm̄ dr Noctem sacratissimam In die vo pasche et alias quando dicitur / dicat diem sacratissimū.



Eterne deus. Et te qui



dem omni tempore / sed in hac




potissimū die gloriosius predicare: cum pascha nostrum






immolatus est christus.



Ipse enim verus est agnus qui




abstulit peccata mundi



Qui mortem nostrã moriendo



destruxit: et vitam resurgendo



reparauit. Et ideo cum an. gl.

Infra canonem.

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes resurrectionis dñi nostri iesu xpi secundũ carnẽ. Sed et memoriã venerantes. In primis gl'iose semp virginis marie genitricis eiusdem dei et dñi nostri iesu xpi. Sed et beatorũ apostolorũ ac martyrum tuorũ. Petri. Pauli. Andree. Jacobi. Johannis. Thome. Jacobi Philippi. Bartholomei. Mathei Symonis et. Thadei. Lini. Cleti Clementis. Sixti. Cornelij. Cypriani. Laurẽtij. Grisogoni. Johannis et. Pauli. Cosme et. Damiani. Et omniũ sanctorũ tuorũ quorum meritis precibusq; concedas: vt in oĩbus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundem christũ dñm nostrũ. Amen. Item.


Hanc igitur oblationẽ seruitutis nr̃e: sed et cuncte familie tue quã tibi offerimus p̃ his q̃s quos regenerare dignatus es ex aqua et sp̃ũsctõ tribuẽs eis remissionẽ oĩm pctõr̃. Quesumus dñe vt placatus accipias: diesq; nr̃os i tua pace disponas atq; ab eterna dãnatione nos eripi/ et in electorũ tuorũ iubeas grege numerari. P. xp̃m dñm nr̃m. Amẽ. ¶ Hec prefatio dr̃ in die ascẽsiõis dñi/ ꝑ post. et in oct. et in dñica infra oct. nisi de dñica agit. et Communicãtes.




Eterne deus. Per christũ



dominũ nostrũ. Qui post re-



surrectionẽ suam oĩbus disci-




pulis suis manifestus appa-




ruit: et ipsis cernentibus est



eleuatus in celum/ vt nos diui-



nitatis sue tribueret esse par-



ticipes. Et ideo cum angelis

¶ Infra canonem.

Communicantes et diē sacratissimū celebrantes quo dn̄s noster iesus xp̄s vnigenitus filius tuus vnitā sibi fragilitatis nre substantiā in glie tue dextera collocauit. Sed et memoriam venerantes. In primis gliose semp virginis marie genitricis eiusdē dei et dn̄i nostri iesu xp̄i. Sed et beatorū apostolorum ac martyrū tuorū. Petri. Pauli. Andree. Jacobi. Johannis. Thome. Jacobi Philippi. Bartholomei. Mathei Symonis et. Thadei. Lini. Cleti Clementis. Sixti. Cornelij. Cypriani. Laurētij. Grisogoni. Johannis et. Pauli. Cosme et. Damiani. Et omniū sanctorū tuorū quorū meritis precibusq; concedas: vt in oībus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundem christū dominū nostrum. Amen.

¶ Hec prefatio dicitur in die penthecostes / et per ebdomadā / et in omnibus missis de sancto spiritu. Communicantes. et. Hanc igitur obla. in die penthecostes / et ab hinc vsq; ad festum sancte trinitatis dicuntur tantum.

Eterne deus. Per xp̄m dominū nostrū. Qui ascēdens super oīes celos sedensq; ad dexterā tuam promissum spiritum sanctum hodierna die in filios adoptionis effudit. Quapropter profusis gaudijs totus in orbe terrarū mundus exultat: sed et superne virtutes atq; angelice potestates hymnū glorie tue concinūt sine fine dicentes. Sanctus.

¶ Infra canonem.


Communicantes et diē sacratissimū penthecostes celebrantes quo spūssanctus apostolis in igneis linguis apparuit. Sed et memoriam venerantes. In primis gloriose semper virginis marie genitricis dei et dñi nostri iesu christi. Sed et beatorum apostolorū ac martyrum tuorum. Petri. Pauli. Andree. Jacobi. Johannis. Thome. Jacobi. Philippi. Bartholomei. Mathei. Symonis et Thadei. Lini. Cleti. Clementis. Sixti. Cornelij. Cypriani. Laurētij. Grisogoni. Johānis et Pauli Cosme et Damiani Et oim sanctorum tuorū quorū meritis precibusq; concedas / vt in oībus protectionis tue muniamur auxilio. Per eundem christū dominum nostrum Amen. Item

Hanc igitur oblationē seruitutis nr̄e: sed et cūcte familie tue quā tibi offerimus p his q̄s quos regenerare dignat⁹ es ex aqua et spūsctō tribuēs eis remissionē oim pctōr. Quesum⁹ dñe vt placat⁹ accipias. diesq; nr̄os i tua pace disponas atq; ab eterna dānatione nos eripi / et in electorū tuorum iubeas grege numerari. Per xp̄m dñm nostrum. Amen.

¶ Hec prefatio dicitur in die sācte trinitatis et in omnib⁹ dominicis vsq; ad aduentum dñi qn̄ando de dñica dicitur missa: licet in capitulo dicat. et in oībus cōmemorationibus sancte trinitatꝫ p totum annū et in omni missa sponsalium



Eterne deus. Qui cum



vnigenito fi lio tuo et spi-



ritu sancto vnus es deus vnus




es dominus. Non in vnius



singularitate persone: sed in




vnius trinitate substantie.



Quod enim de tua gloria re-



uelante te credimus: hoc de




fi lio tuo / hoc de spiritu




sancto: sine differentia




discretionis sentimus. Ut in con



fessione vere sempiterneq3 dei-




tatis: et in personis proprie-




tas / et in essentia unitas / et




in maiestate adoretur equalitas



Quã laudãt angeli atq3 archan-



geli: cherubi quoq3 ac seraphin/




qui non cessant clamare una




Hec prefatio dicit in oib9 festis apostorum & euangelistarũ / & per oct. aplorum petri et pauli atq3 andree / quã de oct. dimissa: preterq3 in fest. sancti iohis apli et euangeliste in ebdo. natiuitat. In oct. vo eius dicit et in festo eius in tēpore paschali.




Eterne deus. Et te domi



ne suppliciter exorare / ut gre-




gem tuũ pastor eterne non de-




seras: sed per beatos apostolos




tuos continua protectione cu-



stodias. Ut iisdem rectoribus



gubernetur: quos operis tui



vicarios eidem contulisti pre-



esse pastores. Et ideo cum.

¶ Hec prefatio dicitur in utro= que festo sancte crucis: et in com= memorationibus eiusdem per to= tum annum.



Eterne deus. Qui salutem




humani generis i ligno crucis



constituisti: ut unde mors orie=



batur inde vita resurgeret:



Et qui in ligno vincebat: in ligno




quoque vinceretur. Per christum



dnm nostrum. Per quem maiestatem

¶ Hec prefatio dicitur in omni festo beate marie virginis: nisi in purificatione eiusdem. Di= catur etiam per octa. assumptio= nis et natiuitatis beate marie: et in commemorationibus eius= dem per totum annum nisi a die natiuitatis domini usque ad pu= rificationem.




Eterne deus. Et te in conce=



ptione. Et te in annunciatione.



Et te in assumptione. Et te in na=



tiuitate. Et te in visitatione. Et




te in veneratione beate et glo=



riose semper virginis marie ex=




ultantibus animis laudare bene=



dicere et pdicare. Que et uni-




genitum tuũ sancti spũs obũ-



bratione concepit. et bginitatis




glia pmanente huic: mũdo lu-




men eternũ effudit iesum xpm




Hoc mõ icipiũt oẽs pfa. ad mis. p totũ ãnũ tã in bsum nrz Per quẽ et. q̃ in fes.



Per omnia secula se-




culorum. Amẽ. Dominus vo-




biscum. Et cum spiritu tuo.

Hic eleuet sacerdos manus dicẽs




Sursum corda. Habemus ad



dominũ. Gratias agamus dño



deo nro. Dignũ et iustũ est




¶ Hec prefatio est quotidiana et quotidie dicitur nisi in festis per octa. in quibus propria habeatur ita tamen q̃ omnes prefationes totius anni sub hoc tono dicuntur siue proprie habeantur siue non tam in ferijs q̃ in festis secundũ vsum ecclesie Sar.



Uere dignum et iustũ est



equũ et salutare: nos tibi sẽp



et vbiq; grãs agere: dñe sancte



pater omnipotẽs eterne deus. Per



christū dñm nrm. Per quē ma-



iestatē tuā laudāt angeli: ado-



rant dominationes tremūt po-



testates. Celi celorūq virtutes



ac beata seraphin socia exul-



tatione cōcelebrāt. Cū quibus



et nras voces ut admitti iubeas de




precamur supplici. Sequitur. Sanctus sanctus sanctus

Et tem in aliis prefationibus



cōfessione [illegible]





Et ideo cum angelis et



archāgelis cū thronis et dña-



tionibz. Cūq omni militia ce



lestis exercitus hymnum glorie



tue canimus sine fine dicentes.

Sequit. Sanctus. Qui sacerd. dicit. Sanctus sanctus. erigat parū per brachia sua et iūgat manus suas usq ad hec verba. In nomine dñi. tunc semper signet se in facie sua

Sanctus sanctus sanctus dñs deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra gl'ia tua osanna i excelsis. Bñdictus qui venit in nomine dñi osanna in excelsis. Quando ultimo fit seruitiū de sācta maria ante aduentū: et ante. lxx. et in oct. visitationis/assumptionis/et natiuitatis beate marie tunc dicitur hoc modo. Benedictus marie filius qui venit in nomine domini. Deinde confestim manibus cum oculis et oculis eleuatis incipiat. Te igitur clementissime [illegible] inclinato donec dicat. [illegible]

¶ Præfatio cōis.
Per oīa secu-
la seculoꝝ.
Amē. Dñs vobis-
cū. Et cum spū tuo
Sursū corda. Ha
bemus ad dominū
Gratias agamus



dn̄o deo nostro. Di
gnū ꝛ iustū est. Ve
re dignū et iustum
est equū ꝛ salutare
Nos tibi semper ꝛ
vbiqꝫ grās agere.
Dñe scē pater oīs
eterne de⁹ per xp̄m

Sanctus iohannes
Sanctus matheus
Sanctus lucas
Sanctus marcus

dñm nostrum. Per
quē maiestatē tuā
laudāt angeli. ado
rant dñationes. tre
mūt potestates. Ce
li celorumqȝ virtu
tes ac beata sera-



phin: socia exulta-
tione concelebrāt.
Cum quibus ⁊ no
stras voces ut ad-
mitti iubeas depre
camur supplici cō-
fessione dicentes.



Te igitur clementissime pater per iesu christum filium tuum dominum nostrum supplices rogamus. Corpore inclinato donec dicat. ac petimus. Hic erigens se sacerdos osculetur altare a dextris sacrificii dicens. Uti accepta habeas et benedicas Hic faciat sacerd. tres cruces super calicem et panem dicendo. Hec ✠ dona Hec ✠ munera. Hec ✠ sancta sacrificia illibata. Factis signaculis super calicem: eleuet manus suas ita dicens.

In primis que tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica: quam pacificare: custodire adunare: et regere digneris toto orbe terrarum una cum famulo tuo papa nostro. N. et antistite nostro. N. id est proprio episcopo tantum. et rege nostro. N. et dicuntur nominatim. Sequatur. et omnibus orthodoxis atque catholice et apostolice fidei cultoribus.

Hic oret pro viuis.

Memento domine famulorum famularumque tuarum. N. et. N. In qua oratione ordo debet attendi propter ordinem caritatis Quinquies orat sacerdos. Primo pro seipso. Secundo pro patre et matre carnali et spirituali et pro aliis parentibus. Tercio pro amicis specialibus parrochianis et aliis. Quarto pro omnibus astantibus. Quinto pro omni populo christiano: et potest hic sacerdos omnes suos amicos deo commendare. Consulo tamen ut nullus ibidem nimis immoretur: tum propter cordis distractionem: tum propter immissiones que possunt fieri per angelos malos: tum propter alia pericula Et omnium circumastantium quorum tibi fides cognita est et nota deuotio pro quibus tibi offerimus: uel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se suisque omnibus:

pro redemptione animarũ suarum: pro spe salutis et incolumitatis sue: tibiqꝫ reddunt vota sua eterno deo viuo et vero.

COmmunicantes et memoriam venerantes. In primis gloriose sẽperqꝫ virginis. Inclinando parumper dicat. marie genitricis dei ⁊ domini nostri iesu christi. Sed et beatorum apostolorũ ac martyrũ tuorum. Petri Pauli. Andree. Jacobi. Johannis. Thome. Jacobi. Philippi. Bartholomei. Mathei. Symonis et thadei. Lini Cleti Clemẽtis Sixti Cornelij. Cypriani Laurẽtij. Grisogoni Johannis ⁊ pauli. Cosme et Damiani Et omnium sãctorum tuorum quorum meritis precibusqꝫ concedas: vt i omnibus protectionis tue muniamur auxilio. Per eũdẽ christum dominũ nostruz. Amen. Hic respiciat sacerdos hostiã cum magna veneratione dicens.

HAnc igitur oblationem seruitutis nostre sed et cũcte familie tue quesum⁹ domine vt placat⁹ accipias diesqꝫ nostros in tua pace disponas: atqꝫ ab eťna dampnatione nos eripi et in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per christum dominũ nostrum. Amen.

Hic iterum respiciat hostiam dicens.

QUam oblationẽ tu deus omnipotens i omnibus quesumus. Hic faciat tres cruces sup vtrumqꝫ cum dicat. Bene ✠ dictã: ascri ✠ ptam: ra ✠ tam: rationabilẽ: acceptabilẽqꝫ facere digneris vt nobis. Hic faciat crucẽ super panem dicẽs. cor ✠ pus. Hic super calicem et san ✠ guis. Iunctisqꝫ manibus dicat. fiat dilectissimi filij tui domini nostri iesu christi. Hic erigat sacerdos manus ⁊ iũgat: ⁊ postea tergat digitos et eleuet hostiam dicens.

Qui pridie q̃ pateretur accepit panem in sanctas ac venerabiles man⁹ suas: & eleuatis oculis i celum. Hic eleuet oculos suos ad te deũ patrem suũ oĩpotentem. Hic inclinet se et postea eleuet vasculum dicens. tibi gratias agens bene ✠ dixit fregit

Hic tangat hostiam dicẽs. deditq̃ discipulis suis dicens. Accipite & manducate ex hoc oĩes. Hoc est enĩ corpus meum. Et debent ista verba proferri vno spiritu et vna prolatione nulla pausatione interposita. Post hec verba inclinet se sacerdos ad hostiã et postea eleuet eam supra frontem: vt possit a populo videri: et reuerenter illam reponat ante calicem in modum crucis per eãdem facte. Et tũc discooperiat calicem et teneat inter manus suas non disiungendo pollicem ab indice nisi dum facit benedictiões tãtum ita dicens.

Simili modo postq̃ cenatum est accipiens et hũc preclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas. item tibi. Hic inclinet se dicens. gratias agens bene ✠ dixit: deditq̃ discipulis suis dicens. Accipite & bibite ex eo omnes. Hic eleuet sacerdos parũper calicem ita dicens: Hic est enim calix sãguinis mei noui et eterni testamẽti mysterium fidei qui pro vobis & pro multis effũdetur i remissionẽ peccatorum. Hic eleuet calicẽ vsq̃ ad pectus vel vltra caput dicens. Hec quotiescũq̃ feceritis: in mei memoriam facietis. hic reponat calicem et fricet digitos suos vltra calicem propter micas & cooperiat calicem deinde eleuet brachia sua in modum crucis iunctis digitis vsq̃ ad hec verba. de tuis donis ac datis.

¶ Cathedra sancti petri. Offm.

STatuit ei dominus testamentum pacis ꝗ principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. Ps Misericordias domini in eternum cantabo. Oratio

DEus qui beato petro apostolo tuo collatis clauibus regni celestis animas ligandi atq; soluendi pontificium tradidisti: cõcede ꝗpici⁹ vt iꝰ intercessionis ei⁹ auxilio: a peccatorũ nostrorũ nexibus liberemur: Qui viuis et regnas.

Lcõ epl'e beati petri apostoli .i.i.

PEtrus apostol⁹ iesu xpi electis aduenis dispersionis ponthi galatie: capadocie asye et bythinie secundũ prescientiã dei patris in sanctificationem spũs: in obedientiã et aspsionẽ sanguinis iesu xpi: gratia vobis et pax multiplicetur. Bñdictus deus et pater dñi nři iesu xpi: qui secũdũ magnã miam suam regenerauit nos in spẽ viuã per resurrectionẽ iesu xpi ex mortuis in hereditatẽ incorruptibilẽ et incõtaminatam immarcessibilem conseruatam in celis: in vobis qui in virtute dei custodimini per fidem in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo. In quo exultabitis modicum nunc si oportet contristari in variis tribulationib⁹ vt probatis fidei vestre multo preciosior sit auro qḋ per ignẽ pbat. Inueniatẽ in laudẽꝫ gliam ꝗ honorẽ in reuelatione iesu xpi dñi nostri Gr. Exaltent eũ in eccl'ia plebis: et in cathedra seniorũ laudent eum. ỽ. Confiteantẽ dño mie eius: ꝗ mirabilia eius filiis hominũ. Tract⁹.

TU es petrus ꝗ sup hanc petrã edificabo ecclesiã meam ỽ. Et porte inferi non preualebũt aduersus eã: ꝗ tibi dabo claues regni celorum. ỽ. Quodcunq; ligaueris super terrã erit ligatum ꝗ in celis. ỽ Et quodcunq; solueris super terram erit solutum et in celis Secundum matheum. xvi. capi.

IN illo tempore: Uenit iesus in partes cesaree philippi: ꝗ interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hois? At illi dixerunt. Alii iohannẽ baptistã: alii autẽ helyã alii vero hieremiã aut vnũ ex pro-

phetis. Dixit illis iesus Uos aūt
quē me esse dicitis? Respondens
autē symon petrus: dixit. Tu es
xp̄s filius dei viui. Respondens
autē iesus: dixit ei. Beatus es sy
mon bariona quia caro et sanguis
non reuelauit tibi: sed pater meus
q̄ in celis est. Et ego dico tibi: quia
tu es petrus: et sup hanc petrā edi-
ficabo ecclesiā meā. Et porte infe
ri non preualebūt aduersus eam
Et tibi dabo claues regni celorū
Et quodcūq; ligaueris sup terrā:
erit ligatum et in celis. Et quod-
cūq; solueris sup terrā: erit solutū
et in celis. Credo. Offr. Consti-
tues eos principes sup oēm terrā:
memores erunt nois tui in oi pro
genie et generatione. Secreta

ECclesie tue q̄s dn̄e preces et
munera beati petri apl̄i tui
cōmēdet oro: vt qđ pro illius glo-
ria celebramus: nobis psit ad veniā
Per. Pfa. Et te dn̄e. Cōio. Tu
es petrus et sup hanc petrā edifi-
cabo ecclesiam meam Postcōio.

LEtificet nos dn̄e q̄s munus
sūptū: vt sicut in apl̄o tuo
petro te mirabilem predicamus:
sic per illum tue sumamus indul
gentie largitatem Per dominū.

Sācti mathie apl̄i. Officium.

MIchi autē nimis hono-
rati sūt amici tui deus
nimis confortatus est
principatus eorum. Ps
Dn̄e pbasti me et cognouisti me: tu
cognouisti sessionem meam et re-
surrectionē meā. Glia patri. Or

DEus qui btm̄ mathiā apl̄o
rum tuorum collegio socia
sti tribue quesumus vt eius inter
uentione tue circa nos pietatis
semper viscera sentiamus. Per.
Lectio actuum apostolorum. i. c.

IN diebus illis. Exurgens
petrus in medio fratrū dixit
Erat aūt turba hoīuū simul fere
centū viginti. Viri fratres opor-
tet impleri scripturam quā predixit
sp̄us sanctus per os dauid de iuda
qui fuit dux eorū qui comprehende-
runt iesū: qui cōnumeratus erat
in nobis et sortitus est sortem mi-
nisterii huius. Et hic quidē posse-
dit agrū de mercede iniquitatis: et
suspēsus crepuit medius: et diffu-
sa sūt oīa viscera eius. Et notum
factū est oīb; habitātib; hierusa-
lem: ita vt appellaretur ager ille
lingua eorum acheldemach: hoc est
ager sāguinis Scriptū est enim in
libro psalmorum. Fiat commemoratio
eius deserta: et nō sit q̄ inhabitet
in ea: et episcopatū eius accipiat
alter Oportet ergo ex his viris q̄
nobiscū cōgregati sunt in oī tpe
quo intrauit et exiuit inter nos dn̄s
iesus incipiens a baptismate io-
hannis: vsq; in diem qua assum-
ptus est a nobis testem resurre-
ctionis eius nobiscum fieri vnum
ex istis Et statuerūt duos: ioseph
qui vocabatur barsabas qui co-
gnominatus est iustus et mathiā
Et orantes dixerunt. Tu domine
qui corda nosti oīm ostende quem
elegeris ex his duobus vnum ac-
cipere locū ministerii huius et aposto
latus de quo preuaricatus est iu-
das: vt abiret in locū suū. Et de-
derūt sortes eis: et cecidit sors sup
mathiā. Et annumeratus est cum
vndeci apl̄is. Gr. Nimis honora
ti sunt amici tui deus nimis con-
fortatus est principatus eorum. V
Dinumerabo eos et super arenā
multiplicabuntur. Tractus.

BEatus vir qui timet dn̄m: in
mandatis eius cupit nimis

h⁹. Potēs in terra erit semen eius generatio rectoꝝ bñdicetur. V. Gloria et diuitie i domo ei⁹: ⁊ iusticia ei⁹ manet in seculū seculi. S. math. xi.

In illo tempore: Respondēs iesus dixit. Confiteboꝛ tibi pater domine celi et terre: quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. Ita pater quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia michi tradita sunt: a patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater: neq̧ patrem quis nouit nisi filius et cui voluerit filius reuelare. Uenite ad me omnes qui laboꝛatis et onerati estis: et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos: et discite a me quia mitis sū et humilis coꝛde: et inuenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suaue est: et onus meū leue. Credo. Offr. In omnem terram exiuit sonus eoꝛum: et in fines oꝛbis terre verba eoꝛum. Secreta.

Deus qui proditoꝛis apostateruinam ne apostoloꝛum suoꝛum numerum sacratus perfectione careret: beati mathie electione supplesti: presentia munera sanctifica: et per ea nos gratie tue virtute confirma. Per dñm. Prefatio. Et te dñe. Cōio. Uos qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicātes duodecim tribus israel dixit domin⁹. Postcō.

Presta q̄s oīps et misericoꝛs de⁹: vt per hec scā q̄ sumpsimus interueniente btō mathia apl'o tuo veniā cōsequamur et pacem. Per.

¶ Scti dauidis epi et cōfes. Offiñ.

Statuit ei dominus testamentum pacis ⁊ principem fecit eum: vt sit illi sacerdotii dignitas in eternum. Ps. Misericoꝛdias dñi ineternum cantabo. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus: vt beati dauidis confessoꝛis tui atq̧ pontificis veneranda solennitas: et deuotionem nobis augeat ⁊ salutē. P. to. Eplā. Ecce sacerdos magn⁹ q̄ i dieb⁹ suis. in cōi. folio x. Gr. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide precioso. V. Uitā petiit et tribuisti ei longitudinē dierū in seculū seculi. Tract⁹. Btūs vir qui timet dñm. vts. Euangel. Hom o quidā peregre. in cōi fo. xi. Offr. Ueritas mea ⁊ misericoꝛdia mea cū ipso ⁊ in nomine meo exaltabitur coꝛnu eius. Secreta.

Respice quesumus domine munera populi tui in beati dauidis confessoꝛis tui atq̧ pontificis honoꝛe oblata et tue testificatio veritatis nobis pficiat ad salutē. Per d. Cō. Btūs seruus quē cū venerit dominus inuenerit vigilātem: amen dico vobis super omia bona sua constituet eum. Postcō.

Quos tuis domine reficis sacramentis sancti dauidis cōfessoꝛis tui atq̧ pontificis attolle benignus suffragiis vt nostre redēptionis effectum et mysteriis capiam ⁊ et moribus. Per dominum nostrum iesum. ¶ Sancti cedde epyscopi et confessoꝛis. Officium.

Sacerdotes dei benedicite dominū: sancti et humiles coꝛde laudate deum. Ps. Benedicite oīa opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula. Or.

Omnipotens sempiterne deus qui nos beati ced de confessoꝛis tui atq̧ pontificis hodier-

na festiuitate letificas: tuã suppli-
ces exoramus clementiam: vt cu-
ius solennia deuotis officiis vene
ramur eius piis suffragiis vite eter
ne remedia cõsequamur. Per do-
minũ. Epla. Dilectus deo. in cõi
co. x. Gr. Ecce sacerdos magnus
qui in diebus suis placuit deo. V.
Non est inuentus similis illi qui cõ
seruaret legẽ excelsi. Tractus. Be
atus vir. vt s in proprio folio. Euag.
Uidete vigilate. in cõi co. xi. Offer.
Inueni dauid seruũ meũ et i oleo
sancto vnxi eum: manus enim mea
auxiliabitur ei: et brachium meũ
confortabit eum. Secreta.
PRopiciare dñe q̃s supplica-
tionibus nostris: et interce-
dente pro nobis beato cedda con-
fessore tuo atq; pontifice his sacra
mentis celestibus seruiẽtes: ab oi
culpa liberos esse concede: vt puri
ficãte nos gratia tua: eisdem qui-
bus famulamur mysteriis emũde
mur. Per. Cõio Dñe quinq; talen-
ta tradidisti michi ecce alia quinq;
suplucrat sũ euge serue fidelis q2
i pauca fuisti fidelis supra multa te
ɔstituã itra i gaudiũ dñi tui. p9 cõ.
PResta q̃s domine deus no-
ster: vt diuinis mysteriis ex
piati intercedente beato cedda cõ
fessore tuo atq; põtifice: ad super-
ni plenitudinẽ sacramenti cuius
libaminis sancta tendamus. Per
¶ Sctãr ppetue et felicitatis. of.
UUltũ tuũ deprecabun-
tur oẽs diuites plebis
adducentur regi virgi-
nes post eã proxime eius
adducẽt tibi in leticia & exultatio-
ne. p. Eructauit cor meũ verbũ bo
nũ: dico ego opa mea regi. Oratio
DA nobis q̃s dñe deus noster
sctãr martyr tuar perpe-
tue & felicitatis palmas icessabili
deuotiõe venerari: vt quas digna
mente non possumus imitari: hu
milimis saltem frequẽtemus ob-
sequiis. Per. Epla. De virginib
autẽ preceptũ dñi non habeo. i cõi
co. xv. Gr. Gloriosus deus in san
ctis mirabilis in maiestate faciẽs
prodigia. V. Dextera tua dñe glo
rificata est in virtute dextera manus
tua confregit inimicũ. Euãge. Si
mile est regnũ ce. de. in cõi co. xv.
Offer. Offerẽt regi virgĩes post eã
pxĩe eius offerentur tibi. Secreta
INtende dñe munera q̃s alta
ribus tuis pro sctãr martyr
tuarũ perpetue et felicitatis com
memoratione pposita: vt sicut p
hec beata mysteria illis gliam con
tulisti: sic nobis indulgentiam lar
giaris et gl̃am. Per dominũ. Cõ.
Quinq; prudentes virgines acce
perunt oleum in vasis suis cũ lam
padibus: media autem nocte cla-
mor factus est ecce sponsus venit
exite obuiam xpo dño. Postcõio.
SAnctarũ martyrum tuarum
perpetue et felicitatis festiui
tate et sacramenti diuini munere
vegetati. q̃s dñe: vt sicut bonis tu
is per tuã gratiã tẽporaliter foue-
mur ita perfruamur eternis. Per
¶ Si aliqd festũ triũ lectionũ a ca
pite ieiunii vsq; in crastinum octa.
pas. ɔtig. nichil ide fiat nec ẽt mẽo.
¶ Patricii epi et cõfesso. Officiũ.
STatuit ei dominus testa
mentum pacis et princi-
pem fecit eum: vt sit illi
sacerdotii dignitas i eter
num. ps. Misericordias domini:
in eternum cantabo. Oratio.
DA q̃s ops deus vt beati pa
tricii cõfessoris tui atq; pon
tificis veneranda solennitas et de

uotionē nobis augeat et salutē. p
Eplā. Ecce sacer. mag. q in die.
in cōi fo. x. Gr. Iurauit dñs et nō
penitebit eū tu es sacerdos i eternū
scdm ordinē melchisedech. V. Dixit
dñs dño meo sede a dextris meis
Beat⁹ vir q timet dñm: i Tra.
mādatis ei⁹ cupit nimis. V.
Potēs in terra erit semē ei⁹: gene
ratio rectorum benedicetur. V.
Gloria et diuitie in domo ei⁹ ꝫ iu
sticia eius manet in seculū seculi.
Euangel. Vigilate q nescitis.
i cōi folio. xi. Offr. Inueni dauid
suū meū ꝫ i oleo scō vnxi eū: ma
nus eni mea auxiliabit ei: et bra
chiū meū cōfortabit eū. Secreta.
Respice quesumus domine
munera populi tui in bea
ti patricii confessoris tui atq pon
tificis honore oblata: et tue testi
ficatio veritatis nobis proficiat
ad salutem. Per dñm Cōio. Fide
lis suus et prudēs quē constituit
dñs sup familiā suā: vt det illis ci
bū i tpe tritici mēsurā. Postcōio.
Quos tuis domine reficis
sacramentis sancti patricii
confessoris tui atq pontificis at
tolle benignus suffragiis: vt no
stre redemptionis effectum et mi
steriis capiamus et morib⁹. Per.
¶ Sancti gregorii [illegible] e. Offm.
Sacerdotes dei benedi
cite dominum: sancti et
humiles corde lauda
te deum. Ps. Benedicite
oīa opera dñi dño: laudate et sup
exaltate eū in secula. Oratio.
Deus qui anime famuli tui
gregorii eterne beatitudi
nis premia contulisti: concede pro
picius: vt qui peccatorum nostro
rum pondere premimur: eius apd
te patrociniis subleuemur. Per.

Eplā Dedit dominus. in cōi folio. x
Gr. Iurauit dominus ꝫ nō peni
tebit eū tu es sacerdos in eternū
secūdum ordinē melchisedech. V.
Dixit dñs dño meo: sede a dextris
meis. Tractus. Beatus vir qui ti
met dñm. vt s. Euangeliū. Vigi
late q nescitis. in cōi fo. xi. Offr.
Ueritas mea et mīa mea cū ipo ꝫ i
noīe meo exaltabit cornu ei⁹. Se.
Intercessio qs dñe beatissi
mi gregorii confessoris tui
atq pontificis: misericordie tue
munera nostra conciliet: vt quod
merita nostra non valent eius de
precatio nobis obtineat. Per do.
Cōio. Fidelis seruus et prudēs quē
cōstituit dñs super familiam suā:
vt det illis cibū in tempore tritici
mensurā. Postcommunio.
Corporis sacri preciosiq sā
guinis repleti libamine quesum⁹
domine deus noster: intercedē
te beato gregorio confessore tuo
atq pontifice certa redemptio
ne capiamus. Per dñm nostrum.
¶ Sancti edwardi regis et mar
tyris [redacted] Officium.
Gloria et honore corona
sti eū / et cōstituisti eum
sup opera manuū tuar.
Ps. Dñe dñs nr: qꝫ admi
rabile ē nomē tuū i vniuersa fra.
Deus eterni triūphator
imperii familiā tuā ꝓpici⁹
respice martyrū regū celebrātē ed
wardi: et presta vt sicut illū mune
re glorificare digneris celesti: ita
nos ei⁹ obtentu eterne felicitati faci
as dignanter ascribi. Per. Eplā.
Beatus vir q inuē. in cōi fo. iiii. Gr.
Posuisti dñe sup caput eius coro
nā de lapide precioso. V. Desideriū aie
ei⁹ tribuisti ei ꝫ voluntate labiorū
ei⁹ non fraudasti eum. Tractus.

Desideriũ aie ei⁹ tribuisti ei: et voluntate labiorum eius nõ fraudasti eũ. V. Qm̃ preuenisti eũ in bñdictionib⁹ dulcedinis. V. Posuisti sup caput ei⁹ coronã de lapide pcioso. Euãg. Si quis venit: in cõi fo. v. Offr. Gloria ꝫ honore coronasti eũ et cõstituisti eũ sup opa manuũ tuarũ. Secreta.

Intuere quesum⁹ eterne de⁹ ad nostre humilitatis hostiam tibi in honore tui martyris ac regis edwardi oblatam: quã tibi sacram oblationem mirabili dispensatione efficere voluisti et concede nobis illius precibus ita inocenter vincere vt ad eterna mereamur gaudia puenire. Per. Cõio. Magna est glia ei⁹ i salutari tuo gloriã et magnũ decorem ipones super eum dñe. Postcommunio.

Sancta tua nos domine sumpta purificent: et beato martyre tuo ac rege edwardo intercedente: ad perpetue beatitudinis consortium perducant. Per dominum nostrũ. ¶ Sancti cuthberti epyscopi ꝫ cõfessoris. Offm.

Statuit ei dominus testamentũ pacis et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotii dignitas in eternum. Ps. Misericordias domini: in eternũ cantabo. Oratio.

Deus qui per inestimabile munus gratie tue sanctos tuos facis esse gloriosos: presta quesumus: vt interueniẽte beato cuthberto confessore tuo atq põtifice: mereamur ad culmen virtutum peruenire. Per dñm. Epla. Ecce sacerdos magn⁹ qui i dieb⁹ in cõi fo. x. Grad. Ecce sacerdos magn⁹ qui in diebus suis placuit deo. V. Non est inuentus similis illi q̃ cõseruaret legẽ excelsi. Tr. Beatus vir qui timet dñm. vt s̃ in primo folio. Euãgelium. Homo quidam peregre. in cõi fo. x. Offr. Inueni dauid suũ meũ ꝫ i oleo scõ vnxi eũ man⁹ eni mea auxiliabit ei et brachiũ meũ cõfortabit eum. Secre.

Suscipe dñe q̃sum⁹ hostiã redẽptionis humane intercessione beati cuthberti confessoris tui atq pontificis: salutem nobis mẽtis ꝫ corporis placat⁹ operare. P. Cõio. Beatus seruus quem cum venerit dñs inuenerit vigilãtem: amen dico vobis super oĩa bona sua cõstituet eũ. Postcommunio.

Sancta tua q̃s dñe q̃ sũpsim⁹ nos sua vtute tueanť: et intercedẽte btõ cuthberto cõfessore tuo atq pontifice cuius vita gloriosa exulsit in pace nos et sanctitate custodiant. Per dñm nostrũ. ¶ Sancti bñdicti abbatis. Offm.

Os iusti meditabitur sapientiã et lingua ei⁹ loquetur iudiciũ: lex dei eius i corde ipi⁹. Ps. Noli emulari i malignãtib⁹: neq zelaueris facientes iniquitatẽ. Gloria. Or.

Omnipotens sempiterne deus qui hodierna die carnis eductum ergastulo beatissimũ cõfessorem tuum benedictũ sublevasti ad celũ / cõcede q̃sum⁹ hec festa tuis famulis celebrãtib⁹ cũctorũ veniã delictorũ vt qui exultãtibus animis eius claritati congaudent ipso apud te interueniente cõsociẽtur et meritis. Per dominum. Epystola. Iustus cor suum tradet in cõi fo. xi. Grad. Os iusti meditabitur sapientiã ꝫ lingua ei⁹ loquetur iudiciũ. V. Lex dei ei⁹ in corde ipsius: et non supplantabuntur gressus eius. Tractus.

Desideriũ aie ei⁹ tribuisti ei: & volũtate labiorũ eius nõ fraudasti eũ. ℣. Qm̃ preuenisti eũ i benedictionib⁹ dulcedis. ℣. Posuisti i capite ei⁹ coronã de lapide p̃cioso. Euã. Nemo ascẽdit in cõl

io. xii. Off. Desideriũ aie eius tribuisti i ei dñe: et voluntate labiorũ ei⁹ nõ fraudasti eũ: posuisti i capite ei⁹ coronã de lapide p̃cioso. Se.

Oblatis dñe ob honorem btĩ benedicti cõfessoris tui atq; abbatis placare munerib⁹: & ip̃i⁹ interuẽtu cũctorũ nobis indulgentiã tribue pctõr. p. ℣. Cõio Beatus seruus quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilãtẽ: amẽ dico vobis sup oĩa bona sua cõstituet eũ. P⁹ cõio

Prosit nobis dñe tui perceptio sacramenti: intercedente beato benedicto confessore tuo atq; abbate: vt et conuersationis eius imitemur exempla: et pertingamus ad premia. Per dominũ.

¶ In annunciatiõe beate marie.

Rorate celi desuper & nubes pluant iustum: aperiatur terra & germinet saluatorem. In tẽpore paschali. alleluya alleluya. ℣. Et iusticia oriatur simul: ego dominꝰ creaui eum. Oratio.

Deus qui de beate marie virginis vtero verbũ tuum angelo nũciante carnẽ suscipere voluisti: p̃sta supplicibus tuis: vt qui vere eã dei genitricẽ credimus ei⁹ apd̃ te intercessiõibus adiuuemur. Per eundẽ. Lcõ esaye p̃phe vii. c.

In diebus illis: Locutus est dñs ad achaz dicens Pete tibi signũ a dño deo tuo in profũdũ inferni siue in excelsum supra. Et dixit achaz Non petã: et nõ tentabo dñm. Et dixit. Audite ergo domus dauid. Nũqd parũ vobis est molestos esse hoib⁹ q; molesti estis & deo meo? Propt̃ hoc dabit dñs ip̃e vobis signũ Ecce virgo cõcipiet & pariet filiũ. Et vocabitur nomẽ ei⁹ emanuel. Butyrũ & mel comedet vt sciat reprobare malum: et eligere bonũ. Gr. Tollite portas principes vestras & eleuamini porte eternales & introibit rex glorie ℣. Quis ascendet in montem dñi aut quis stabit in loco sancto eius innocẽs manibus et mundo corde in t̃pe pascha Allã. ℣. Aue maria gratia plena dñs tecũ: bñdicta tu in mulierib⁹. Scdm Alleluya erit vnũ de subscriptis i officio sequẽti scz sc̃ti richardi. Hac die dicat̃ ista seq̃ñ. licet in xl. contigerit.

Aue mundi spes maria: aue mitis aue pia: aue plena gratia. Aue virgo singularis que per rubum designaris non passũ incendia. Aue rosa speciosa: aue iesse virgula. Cuius fructus nostri luctus relaxabat vincula. Aue carens simili mũdo diu flebili reparasti gaudium. Aue cuius viscera contra mortis federa: ediderũt filium. Aue virginũ lucerna: per quam fulsit lux superna: his quos vmbra tenuit. Aue virgo de qua nasci: et de cui⁹ lacte pasci rex celorum voluit. Aue gẽma celi luminariũ Aue sancti sp̃us sacrarium. O q̃ mirabilis & q̃ laudabilis hec est virginitas. In qua per spiritũ facta paraclitũ fulsit fecunditas. O q̃ sancta q̃ serena: q̃ benigna q̃ amena esse virgo creditur. Per quã seruitus finit porta celi aperitur: necnõ libertas reddit. O castitatis lilium: tuũ precare filium qui salus est humilium. Ne nos pro nostro vicio in flebili iudicio

subiiciat supplicio. Sed nos tua sctā prece: mūdās a pctī sece Collocet ī lucis domo amē dicat ols hō Tūc sacerd et eius mistri ī sedib⁹ iuxta altare ꝑuarim dicāt tractū.

Aue maria grā plena dñs tecū. V. Bñdicta tu ī mulieribus ꝛ bñdictus fructus vētris tui V. Spūssctūs supueniet ī te: ꝛ virt⁹ altissimi obūbrabit tibi V Ideo ꝗ ꝛ quod nascetur ex te: sctm̄ vocabitur filius dei. Scdm lucam .i.ca.

In illo tempore: Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatē galilee cui nomē nazareth ad virginem despōsatam viro cui nomen erat ioseph de domo dauid: et nomen virginis maria. Et ingressus angelus ad eā: dixit. Aue gratia plena dñs tecum: benedicta tu in mulieribus. Que cum audisset turbata est ī sermone eius ꝛ cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in vtero et paries filium: et vocabis nomē eius iesum. Hic erit magnus et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi domin⁹ deus sedem dauid patris eius et regnabit in domo iacob ineternū: et regni eius nō erit finis. Dixit autē maria ad angelū Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? Et respondēs angelus dixit ei. Spiritussanctus superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideo ꝗ et qđ nascetur ex te sanctum: vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: et ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi que vocatur sterilis qr non erit impossibile apud deum omne verbum Dixit autem maria. Ecce ancilla domini: fiat michi secundum verbum tuū. Offr. Aue maria gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. In tpe paschali. Alleluya. Secreta.

In mentibus nostris quesumus domine vere fidei sacramenta confirma: vt qui conceptū de virgine deum verum et hominem firmiter confitemur per eiusdem salutifere incarnationis potentiam: ad eternā mereamur peruenire leticiam. Per eundē. Prefatio. Et te in annūciatione. Co. Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emmanuel. In tempore paschali. Alleluya alleluya. Postcommunio.

Gratiā tuā ꝗs dñe mentibus nřis infūde: vt q angelo nunciāte xpi filii tui īcarnationem cognouim⁹ per passionē ei⁹ et cruce ad resurrectionis gl'iam perducamur. p eūd. Si hoc festū in aliqua dñica xl. euenerit sēper differatur in crastinum: cum vero infra passionem extra dominicā contigerit ibi solenniter celebretur. Si autē in die cene vel in duobus dieb⁹ sequētibus siue in ebdomada pasche euenerit in proxima feria vacante post octauas pasche vbi conuenientius potest celebrari / celebretur. Et hoc eodē modo fiat de ceteris festis duplicib⁹ ī tpe pdicto cōtingētibus ꝛ sp ifra .xl. qñ fit seruitiū de aliquo sctā noue lectionū missa de festo post terciā: de missa vero de ieiunio post nonā. vtraq ad principale altare: et fiat pstratio post Sctūs. et dicitur feriales pces more solito ad illā missam de ieiunio: licet duplex festum fuerit.

De sancti richardi epi. Officium.

Statuit ei dñs testamen
tū pacis: ⁊ principē fecit
eum: vt sit illi sacerdotii
dignitas in eternum.
In tempore pas. allā alleluya. Ps.
Misericordias dñi: in eternū cātabo. Or.
Deus ecclesiā tuam meritis
beati richardi confessoris
tui atq pontificis fecisti miracu-
lis choruscare gloriosis: cōcede nos
famulos tuos ipsius intercessiōe
ad eterne beatitudinis gloriam
peruenire. Per dñm no. Epistola
Ecce sacerdos magnus qui in die
bus suis. in cōi folio. x. Gr. Dñe
preuenisti eum in benedictionib⁹
dulcedinis: posuisti in capite eius
coronā de lapide precioso. V. Vitā
petiit ⁊ tribuisti ei longitudinem
dierum in seculum seculi. Tract⁹
Beatus vir qui timet dñm in
mandatis eius cupit nimis
V. Potens in terra erit semē ei⁹
generatio rectorū benedicetur. V.
Gloria et diuitie in domo ei⁹ ⁊ iu
sticia eius manet in seculū seculi.
Euangelium Homo quidam per
egre. in cōi folio. xi. In tēpore pa
schali. All'a Iustus germinabit si
cut liliū: et florebit in eternū an
te dominum. Vel cū alleluya. et v
num de subscriptis. Alleluya. V.
Mane nobiscum domine quia de
clinata est iam dies ad vesperū. Al
V. Oportebat pati xp̄m et resurge
re a mortuis et ita intrare in glo-
riam suam. Alleluya. V. Christus
resurgens ex mortuis iam nō mo-
ritur mors illi vltra non domina-
bitur. Alleluya. V. Surrexit altis
simus de sepulchro qui pro nobis
pependit in ligno. Alleluya. Vers.
Surrexit christus et illuxit popu-
lo suo quem redemit ipse de sāgui
ne suo. Alleluya. Vers. Surgens
iesus dominus noster stetit i medio
discipulorum suorū dixit pax vo-
bis. Alleluya. V. Surrexit domi-
nus et occurrēs mulierib⁹ ait aue
te: tunc accesserunt et tenuerūt pe
des eius. Alleluya. V. In die resur
rectionis mee dicit dominus pre
cedam vos in galileam. Quibus
dictis dicuntur ista de ebdomada
pasche videlicet de. iii. iiii. et v. fe-
riis que sequuntur. Alleluya. Vers.
Surgens iesus dominus noster
stetit in medio discipulorum suorū
et dixit pax vobis All'a. Vers. Sur
rexit dominus ⁊ occurrēs mulieri
bus ait auete: tunc accesserūt ⁊ te
nuerūt pedes ei⁹. Alleluya. V. In
die resurrectiōis mee dicit dñs pre
cedā vos i galileam. Quod etiam
obseruetur in omni festo cum re-
gimine chori ab octauis pasche vs
q ad ascensionem domini cum re
petitione frequenti necesse fuerit
Sequentia. Adest nobis dies al-
ma. in cōi fo. x. Euangelium Ego
sū vitis vera. in cōmuni fo. l. Off.
Veritas mea ⁊ mīa mea cum ipso
et in noīe meo exaltabitur cornu
eius. In tp̄e paschali. all'a. Secre.
Concede quesumus miseri-
cors deus: vt intercedente
beato richardo confessore tuo at-
q pontifice oculis tue maiestatis
munus oblatum et gratiam no-
bis bene viuendi obtineat et glo-
riā sempiternā acquirat. P. Cō. Bea
tus seruus quem cū venerit dñs
inuenerit vigilantē amen dico vo
bis sup oīa bona sua cōstituet eū.
In tp̄e paschali. allā allā. Postco.
Hec sacrosancta sūpta miste
ria nobis effectū dñe confe
rant salutarē: quorū beat⁹ richar
dus confessor tuus atq pontifex
deuotus extitit dispensator. Per

¶ Sancti ambrosii epi. ɀ conf. Off.
Sacerdotes tui dñe indu
ant iusticiam et sancti
tui exultent propter da
uid seruũ tuũ nõ auer-
tas faciẽ christi tui. In tpe pas.
allã. ps. Memento dñe dauid: et
omnis mansuetudinis eius. Or.
Deus qui populo tuo eterne
salutis beatum ambrosium
ministrũ concessisti: presta qs vt
quẽ doctorem vite habuimus in
terris: intercessorẽ semper habere
mereamur in celis. Per do. Epla
Dedit dominus. in cõi. fo. xi. Gr.
Iurauit dñs ɀ nõ penitebit eũ tu
es sacerdos i eternũ scḋz ordinem
melchisedech. vs. Dixit dñs dño
meo sede a dextris meis. Tr. Bea
tus vi[r] vt s. i offi. prio. Euã. Vig[i]
late qr nescitis. in cõi. fo. xi. In tpe
pasc. All. v. Iustus germinabit si
cut liliũ ɀ florebit i eternũ ãte dñz
Scḋm. Allã vnũ de supra scriptis
Sequentia de cõmuni fo. x. Euan
geliũ. Ego sum vitis ve. i cõi fo. x.
Credo. Off. Ueritas mea et mia
mea cũ ipso: ɀ i noĩe meo exaltabi
tur cornu ei9. In tpe pas. Al. Se.
Hec in nobis sacrificia deus i
tercedente beatissimo con-
fessore tuo ãbrosio. et actione per
maneant et operatione firmen-
tur. Per do. Cõio. Beatus seruus
quẽ cũ venerit dominus inuenerit
vigilantẽ: amen dico vobis super
omnia bona sua constituet eum:
In tpe pa. Allã allã. Postcõio.
Sancti ambrosii nos qs dñe
iugiter prosequatur oratio
vt quod petitio nostra non impe-
trat: ipso pro nobis interuenien-
te prestetur. Per dominũ nostrũ.
¶ Sanctorum tyburtii et valeria
ni martyrum. Officium.
Sancti tui dñe bñdicent
te: gliam regni tui dicẽt
allã. ps. Exaltabo te de
us meus rex benedicã
noĩ tuo i sclm et in sclm scli. Or.
Presta qs ops deus: vt qui sa
crũ martyrũ tuorũ tyburtii
valeriani et maximi solennia coli
mus: eorũ etiã virtutes imitemur
Per. Eplã. Lingua sapientũ i cõi
fo. vii. Allã. v. Scti tui dñe flore
bũt sicut liliũ ɀ sicut odor balsami
erũt ãte te. Scḋz. Allã. erit de pro
xima dñica pcedẽti: et hoc i oĩbus
festis sine regimie chori ab oc. pas
vsqz ad ascẽ. dñi obseruet. Euang.
Ego sũ vitis vos pal. in cõi. fo. x.
Off. Confitebunt celi mirabilia
tua dñe et veritatẽ tuã in ecclesia
sanctorũ alleluya alleluya. Secre.
Presẽtib9 dñe qs intẽde mu
neribus et patrociniãtib9 sã
ctis martyribus tyburtio valeria
no et maximo quorũ solennia cele
bramus: fidelib9 tuis salutis indul
gentiam conferant: et eterna pre
mia dignãter acqrãt. p. Cõ. Gau
dete iusti in dño allã: rectos decet
collaudatio alleluya. Postcõio.
Sacramenti tui dñe qs sũpta
benedictio corpora nra men
tesqz sanctificet: et sctõr martyrũ
tuorũ tyburtii valeriani et maxi
mi intercessionib9 sẽpiterne glie
ascribẽdos nos pparet. Per dñm.
¶ Sancti alphe. epi et mr. Offi.
Proteristi me de9 a con
uentu malignãtiũ allã
a multitudine operan
tiũ iniquitatem allã al
leluya. ps. Exaudi deus orationẽ
meam cũ deprecor a timore inimici
eripe animam meam. Or.
Deus qui nos btĩ alphegi
pontificẽ tuum sacerdotii

dignitate et palma martyrii deco
rasti concede: ꝓpicius ita nos ap̄d
te eius intercessionibus adiuuari
vt cum eo possimus in eterna feli
citate letari. p. Ep̄la. Doctrinis va
riis. i comuni folio. b Allā. v. Ele
git te dn̄s sibi i sacerdotē magnū
i pplo suo. Euā. Ego sū vitis ve.
in coi fo. i. Offr. Cōfitebūt celi mi
rabilia tua dn̄e et veritatē tuā in
ecclesia sc̄tor̄ allā allā. Secreta

Hec dn̄e altari tuo munera
imposita bn̄dic ipse et susci
pe: vt intercessione beati alphegi
martyris tui atq; pōtificis nobis
ad fructum proficiant vtriusq; sa
lutis. p. Cōio. Ego sū vitis vera
et vos palmites qui manet in me
et ego in eo: hic fert fructum mul
tum alleluya alleluya. Postcōio.

Sumpto dn̄e sacramēto tuā
suppliciter deprecamur cle
mentiā vt intercedente btō alphe
go martyre tuo atq; pōtifice quod
tēporaliter gerimus: ad vitam ca
piamus eternā. Per dn̄m nostrū.
¶ Scti georgii martyris. Offm.
Pro texisti me vtā. fo. xxio. Oro

Deus qui nos beati georgii
martyris tui meritis et in
tercessione letificas: cōcede propi
tius: vt cuius beneficia poscimus
dono tue gratie consequamur. p.
Lcō ep̄le beati iacobi apostoli. i.

Carissimi Omne gaudiū exi
stimate cū i temptationibus
variis incideritis: scientes q; ꝓbatio
fidei vr̄e patiētiā opat̄. Patiētia
autē opus ꝑfectū habeat: vt sitis
ꝑfecti ⁊ integri in nullo deficiētes
Si quis aūt vestrū indiget sapiē
tia postulet a deo q̄ dat oībus af
fluenter: et nō iproperat et dabit̄ ei
Postulet autē in fide: nichil hesi
tans. Qui enī hesitat: similis est
fluctui maris: qui a vento mouet̄
et circūfert̄. Non ergo estimet hō
ille: q; accipiat aliquid a dn̄o. Uir
duplex aīo: incōstans est in oībus
vijs suis. Gliet̄ aūt frater hūilis
in exaltatione sua: diues autē in
hūilitate sua qm̄ sicut flos feni trā
sibit. Exortus enim sol cū ardore
⁊ arefecit fenū ⁊ flos eius decidit
et decor vultus eius deperiit ita
et diues in itineribus suis marce
scit. Beatus vir q̄ suffert tentatio
nē: qm̄ cū ꝓbat⁹ fuerit accipiet co
ronā vite quā repromisit de⁹ dili
gētibus se. Al. v. Letabit̄ iustus in
dn̄o et sperabit in eo ⁊ laudabunt̄
oēs recti corde. Seq̄ntia. Organi
cis canam⁹. i cōi fo.. iiii. Euāgeliū
Ego sū vitis vera. i cōi. fo. i. Cre.
Offr. Confitebunt̄ celi mirabilia
tua dn̄e: et veritatem tuam in ec
clesia sc̄torum allā allā. Secreta.

Offerimus tibi dn̄e solēne sa
crificiū ꝓ veneranda sancti
georgii martyris tui passione de
precantes clementiā tuam: vt per
hec sacrosācta mysteria antiq̄ ho
stis temptamenta te triūphātē vica
mus: et eterne remunerationis pre
miū te largiēte sequamur. p. Cō.
Letabit̄ iust⁹ i dn̄o ⁊ spabit in eo
laudabūtur oēs recti corde. pᵒcō

Mense celesti satiati dulcedi
ne humiliter te rogamus
oīps pater: vt itercedēte btō geor
gio martyre tuo: resurrectiōis ei⁹
simus participes cuius sum⁹ mor
te redempti. Qui tecum viuit.
¶ Scti marci euangeliste. offm
Protexisti me vtā in prio fo. ov

Deus qui btm̄ marcū euan
gelistā tuū euāgelice pdica
tionis gra sublimasti: tribue q̄s
eius nos sp̄ ⁊ eruditiōe pficere et
orone defendi. p. Ad ephesios. iii.

Fratres: Unicuiq₃ nostrum data est grã secundū mensurã donationis xp̄i. Propter qđ dicit Ascēdens in altū captiuã duxit captiuitatem: dedit dona hoībus Quod autē ascendit quid est: nisi q₂ et descēdit primū ad inferiores partes terre? Qui descendit ipse est et qui ascendit super omnes celos vt adimpleret oīa. Et ipse dedit quosdã quidã aplos: quosdam autē pphetas: alios vero euangelistas: alios vero pastores et doctores ad consūmationē sctōꝝ ī opus ministerii: in edificationem corporis xp̄i donec occurramus oēs in vnitatem fidei et agnitionis filii dei in virū perfectū in mensuram etatis plenitudinis xp̄i Alleluya. ℣. Primꝰ ad syon dicet ecce assum et hierl'm euangelistã dabo. Seq̄. Laus deuota. in cōi. fo. iiii. Euãg. Ego sū vitis vera. in cōi fo. i. Offm. Confitebuntur celi mirabilia tua dñe et veritatē tuã in eccliã sctōrum alleluya alleluya. Secreta.

Beati marci euangeliste tui solennitate tibi munera deferentes q̄s dñe: vt sicut illū predicatio euangelica fecit gloriosum: ita nos eius intercessione et verbo et ope tibi reddat acceptos. P. Prefatio Te dñe. nō dr in hac prefatione Per btōs euãgelistas sed per beatos apostolos. Cōio Ego sum vitis vera et vos palmites q̄ manet in me ꝯ ego ī eo: hic fert fructū multum allã allã. Postcōio.

Refecti cibo spiritualis alimonie q̄s dñe deus noster: vt qđ mysterio frequētamus intercedente beato marco euangelista plena virtute consequamur. Per.

¶ Si i ebd. pasche aliqđ festū vel ieiuniū euenerit: nichil de fes. fiat nec de ieiunio nec post nec ante nisi forte in octabis contigerit: tunc enim potest differri in crastinum hoc idē n obseruet in ebđ penthe.

¶ Sancti vitalis martyris. Officiū. Protexisti me deus. vtsˢ. Oratio

Presta q̄s oīps deus vt intercedēte beato vitale martyre tuo: et a cūctis aduersitatibus muniamur in corpore et a prauis cogitationibus mūdemur ī mēte. P. Epla. Nemo militans deo. in cōi fo iiii Allã ℣. Sancti tui dñe florebunt sicut lilium: et sicut odor balsami erūt ãte te. Seq̄n. Organicis canamus. in cōi folio iiii. Euãge. Ego sū vitis ve. in cōi fo. i. Offm. Repleti sumꝰ mane mĩa tua et exultauimꝰ ꝯ delectati sumꝰ al. Se.

Grata tibi dñe q̄s nr̃a sint munera q̄bus sancti vitalis martyris tui passio recolitur honoranda. Per. Cōio Ego sū vitis vera et vos palmites qui manet in me et ego in eo: hic fert fructū multū alleluya alleluya. Postcommunio.

Quesumus oīps deus: vt munus diuinū qđ sumpsimus intercedēte btō vitale martyre tuo. salutari nobis proficiat effectu. P dominum ¶ In die apostolorum philippi et iacobi. Ad missã. Offm

Exclamauerūt ad te dñe in tpe afflictionis sue: et tu deus exaudisti eos alleluya. Ps Exultate iusti ī dño: rectos decet collaudatio.

Deus q̄ nos ãnua aplōꝝ tuorū philippi et iacobi solennitate letificas: pstã q̄s: vt quorū gaudemus meritis instruamur exēplis. Per. Lectio libri sapientie.

Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos q̄ se angustiauerūt: ꝯ q̄ abstulerunt labo

res illoꝝ Videntes aũt turbabunt
timore horribili et mirabuntur in
subitatiõe insperate salutis dicẽtes
intra se penitẽtiã agẽtes: et pre an
gustia spũs gemẽtes Hi sũt quos
aliquãdo habuim⁹ in derisũ: et in
similitudinẽ ĩproperii. Nos in sẽ-
sati vitã illoꝝ estimabam⁹ ĩsaniã:
et finẽ illoꝝ sine honore Quomo-
do ergo cõputati sũt iter filios dei
Et iter sctõs sors illoꝝ est. Allã. ℣.
Stabũt iusti ĩ magna cõstãtia ad
uers⁹ eos q̃ se angustiauerũt Allã
℣. Nõne cor nr̃m ardẽs erat ĩ no-
bis de iesu dñ loqueret nobis ĩ via
Seq̃ Clare sctõꝝ. In comuno. i.
Secundum iohannem. [illegible] xiiii.

In illo tpe: Dixit iesus disci
pulis suis. Nõ turbetur cor
vestrum. Creditis in deũ: et ĩ me
credite. In domo patris mei man
siones multe sunt. Si quo minus
dixissem vobis: quia vado parare
vobis locum. Et si abiero: iterum
veniam et accipiam vos ad meip-
sum: vt vbi sum ego et vos sitis.
Et quo ego vado scitis: et viam
scitis: Dixit ei thomas. Dñe: ne-
scim⁹ quo vadis Et quõ possum⁹
viã scire? Dicit ei iesus. Ego sum
via veritas et vita. Nemo venit
ad patrẽ: nisi per me. Si cogno-
uissetis me: ꝛ patrem meum vtiq̃
cognouissetis. Et amodo cogno-
scetis eũ: et vidistis eum. Dicit ei
philippus. Dñe ostende nobis pa
trẽ: et sufficit nobis. Dicit ei iesus
Tanto tempore vobiscum sum et
non cognouistis me? Philippe q̃
videt me: videt et patrem. Quõ
tu dicis: ostende nobis patrem?
Non creditis quia ego in patre: ꝛ
pater in me est? Uerba que ego
loquor vobis: a meipso non lo-
quor. Pater autẽ in me manens
ipse facit opera. Non creditis:
quia ego in patre et pater in me
est? Alioquin ꝓpter ipsa opa cre-
dite. Amen dico vobis qui credit ĩ
me opera q̃ ego facio et ipse faciet
et maiora horũ faciet: q2 ego ad pa
trẽ vado. Et qõcũq̃ petieritis pa-
trem ĩ noĩe meo: hoc faciã. Credo.
Off. Confitebuntur celi mirabi
lia tua domine: veritatẽ tuam in
ecclesia sctõꝝ allã allã. Secreta

Deus ecclesie tue redẽptor
atq̃ perfector: da vt aposto
lorum tuorum philippi et iacobi
precib⁹ paschalis sacramẽti dona
capiam⁹: quoꝝ nobis magisterio
ea voluisti predicari. Per. Prefa.
Et te dñe. Cõio Tanto tempore
vobiscũ sũ et non cognouistis me
philippe q̃ videt me videt et patrẽ
allã: nõ credis quia ego ĩ patre et
pater in me est allã allã. Postcõ.

Paschale mysteriũ recensen-
tes beatoꝝ aplõꝝ philippi
et iacobi dñe q̃s precibus fouea-
mur: quorum magisterio hoc co-
gnouimus exequendum. Per do.
¶ In inuẽtione scte crucis. Offm.

Nos aũt gloriari opor-
tet in cruce dñi nostri
iesu xp̃i: ĩ quo est salus
vita et resurrectio no-
stra: per quẽ saluati et liberati su-
mus allã allã. Ps. De⁹ misereat
nostri ꝛ bñdicat nobis: illuïet vul
tũ suũ sup nos et misereatur nri.
Kyrie. Lux et. Et dr̃ cu Gl̃ia. Et Or.

Deus qui in preclara saluti-
fere crucis inuẽtiõe passionis
tue miracula suscitasti: cõcede vt
vitalis ligni ꝓcio eterne vite suf-
fragia cõsequamur. Qui vi. ꝛ re. cũ
deo. ¶ Nulla fit memoria de resur
rectione: sed de sctis martyribus
alexandro euẽtio ꝛ theodolo. Or.

Presta q̃s oĩs deus: vt qui sctoꝝ martyꝝ tuoꝝ alexandri/euẽtii ꝗ theodoli natalicia colimus: a cũctis malis iminẽtibus eoꝝ itercessionibus liberemur. p

Epla. Confido. in cõi io. iiii. Alla

V. Duce ligni dulces clauos dulcia ferens põdera q̃ sola fuisti digna sustinere regẽ celoꝝ ꝗ dominũ. Alla. V. Dicite i gentibus q dominus regnauit a ligno. Seq̃

Salue crux sacta arbor digna Cuius robur preciosũ mũdi ferret talentum. Ut hostis per lignum victor ligno reuinceretur. Quodq3 exort⁹ mortis ꝑmis erat terrigenis padiso ꝓpulsis. Causa etiã vite foret cũctis xpi morte vere viuificatis Horrificum tu es sẽper signũ inimicis crux sacra senis. Quã mors pauet ifernusq3 timet: q̃ xpo suos recõsignas. Cui laus sit in euũ. Secũ iohẽm. iii

In illo tpe: Erat hõ ex phariseis nichodemus noĩe princeps iudeorũ. Hic venit ad iesum nocte: et dixit ei. Rabbi: scim⁹ q a deo venisti magister. Nemo eni potest hec signa facere q̃ tu facis: nisi fuerit de⁹ cũ eo. Rñdit iesus et dixit ei. Amen amen dico tibi: nisi quis natus fuerit denuo non potest videre regnũ dei. Dixit ad eũ nichodem⁹. Quomodo potest homo nasci: cũ sit senex? Nunq̃ potest in vẽtrẽ matris sue iterato introire et renasci? Rñdit iesus Amẽ amẽ dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spũ scto: nõ potest introire in regnũ dei. Qđ natũ est ex carne: caro est. Et qđ natũ est ex spũ: spũs est. Non mireris qi dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spũs vbi vult spirat et vocẽ ei⁹ audis: sed nescis vnde veniat aut quo vadat. Sic est oĩs qui natus est ex spũ. Respõdit nichodemus: et dixit ei. Quomodo possũt hec fieri? Rñdit iesus: ꝗ dixit ei. Tu es magister in israel: et hec ignoras? Amen amẽ dico tibi: quia quod scimus loquimur: et qđ vidimus testamur: et testimoniũ nostrũ nõ accipitis. Si terrena dixi ꝗ nõ creditis: quõ si dixero vobis celestia credetis? Et nemo ascendit in celũ nisi qui descendit de celo: filius hoĩs q̃ est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpẽtem in deserto: ita exaltari oportet filiũ hoĩs q̃ credit i ipsũ nõ pereat: sed habeat vitã eternam. Credo.

Offe. Protege dñe plebẽ tuã per signũ scte crucis ab oĩbus isidiis inimicoꝝ oĩm vt tibi gratiã exhibeam⁹ suitutẽ: et acceptabile tibi fiat sacrificiũ nostrũ alla. Secreta

Sacrificiũ dñe quod tibi imolamus placatus intende: vt ab oĩ nos eruat belloꝝ nequicia: ꝗ per vexillũ sacte crucis filii tui ad conterendas potestates aereas et aduersarioꝝ insidias: nos in tue protectionis securitate constituat Per eũdẽ. Alia sec. de martiribus.

Super has hostias q̃s̃umus dñe bñdictio copiosa descendat: que sanctificationẽ clemẽter operet: et martyꝝ tuoꝝ alexãdri/euẽtii/ꝗ theodoli solẽnitate nos letificet. p Prefatio Qui salutẽ. Cõ.

Per lignũ serui facti sum⁹: et per sanctã crucẽ liberati sumus: fructus arboris seduxit nos fili⁹ dei redemit nos alla. In vtroq3 festo finiatur cum. Postcõio.

Repleti alimonia celesti: et spirituali poculo recreati q̃s oĩs deus: vt ab omni hoste maligno defendas: quos per lignũ

sancte crucis filii tui arma iusticie pro salute mūdi triūphare iussisti Qui tecū. Alia nostcō. de martyribus

Sumptis dñe muneribus sacris tribue quesumus: vt ad eadem appetenda sanctorum martyrū tuorum alexādri/euentii/ et theodori precibus et exēplis prompti us incitemur. Per. ¶ Sancti iohannis ante portā latinā Officiū

In medio ecclesie aperuit os eius: et impleuit eum dñs spū sapientie et intellectus: stola glorie induit eū. Ps. Jocūditatē et exultationē thesaurizauit super eum. Oratio.

Deus qui cōspicis quia nos vndique mala nostra perturbāt: presta quesumus: vt beati iohannis apli tui et euāgeliste intercessio gloriosa nos protegat. p.

Lectio libri sapientie. xv. capitulo

Qui timet deum faciet bona Et qui continēs est iusticie: apprehendet illam et obuiabit illi quasi mater honorificata. Cibabit illū pane vite et intellectus: et aqua sapie salutaris potabit illū Et firmabit in illo et nō flectet: et cōtinebit illū et nō confūdet: et exaltabit illū apud proximos suos. In medio ecclie apuit os eius: et impleuit eū dñs spū sapie et intellectus: et stola glie induit eū Jocūditatē et exultationē: thesaurizauit sup eū. Et noīe eterno hereditabit illū: dñs de⁹ nr. Al. V. Hic est discipul⁹ ille q testioniū phibet de his et scim⁹ qr verū est testimoniū ei⁹ Sequentia. Laus deuota. in co. fo. iii. Secundum iohānē. vltimo

In illo tpe: Dixit iesus petro. Sequere me. Cōuersus petrus vidit illū discipulū quē diligebat ies⁹ sequētē: q et recubuit in cena supra pectus eius et dixit Dñe qs est q tradet te? Hūc ergo cū vidisset petrus dixit iesu. Dñe hic aūt qd? Dixit ei iesus. Sic eū volo manere donec veniā. Quid ad te? Tu me sequere. Exiit ergo sermo inter fratres: q discipulus ille nō morit. Et nō dixit ei iesus quia non morit: sed sic eū volo manere donec veniā: qd ad te? Hic est discipulus ille q testimoniū perhibet de his: et scripsit hec. Et scimus qr verū est testimoniū ei⁹ Credo Offr. Justus vt palma florebit: sicut cedrus que i libano est multiplicabitur alleluya. Secreta

Sic nos qs dñe beati iohānis apostoli tui et euangeliste solennia tuis fac celebrare mysteriis: vt que predicauit et credam⁹ pariter et sequamur. p. Prefatio. Et te dñe. Cōio. Exiit sermo inter fratres q discipulus ille nō morit et nō dixit ies⁹ nō morit: sed sic eū volo manere donec veniā. p⁹cōio

Refecti domine pane celesti intercedente beato iohāne apostolo tuo et euāgelista ad vitā qs nutriamur eternā. p. ¶ Sācti iohis de beuerlaco epi et cōfes offi.

Statuit ei dominus testamentū pacis et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotii dignitas in eternū. Ps. Misericordias domini in eternum cantabo. Oratio.

Da qs ops deus vt beati iohānis confessoris tui atque pōtificis venerāda solennitas et deuotionē nobis augeat et salutē Per. Epla. Justū deduxit. in cōi fo. x Al. V. Amauit eū dñs et ornauit eū stola glie induit eū. Sequē. Adest nobis dies alma in cōi fo. x. Euā. Ego sū vitis ve. in cōi fo. i.

Offer. Ueritas mea ꝫ mia mea cū ipso: ī noīe meo exaltabitur cornu eius. Se.

Respice q̄s dn̄e munera ppli tui ī btī iohis cōfessoris tui atqȝ pōtificis honore oblata: et tue testificatio veritatis nobis pficiat ad salutē. p. Cōio. Fidelis ser⁹ et prudēs quē ɔstituit dn̄s sup familiā suam vt det illi ī tpe tritici mēsurā. In tp̄e pasch. allā. P⁹cō.

Quos tuis domine reficis sacramentis sctī iohānis cōfessoris tui atqȝ pōtificis attolle benignus suffragiis vt nostre redemptionis effectum et mysterii capiamus et morib⁹. p. ℭ Sanctoꝝ gordiani ꝛ epymachi mar. Offm.

Sancti tui dn̄e bn̄dicent te: gloriam regni tui dicent allā. ps. Exaltabo te de⁹ meus rex ꝫ bn̄dicam nomī tuo ī sclm, ꝫ ī sclm seculi. Or.

Da quesumus omnipotens deus vt qui btōꝝ martyrū tuoꝝ gordiani et epymachi solennia colim⁹ eoꝝ apd̄ te ītercessionibus adiuuemur. p. Epla. Iustoꝝ aie. in cōī. fo. vi. Allā ỽ. Sācti tui domīe florebūt sicut liliū: ꝫ sicut odor balsami erūt ante te. Euāge. Ego sum vitis et vos palmites. in cōī fo. i. Offer. Mirabilis de⁹ in sanctis suis deus israel ipse dabit virtutē et fortitudinē plebi sue benedictus deus alleluya. Secreta.

Presta q̄s dn̄e de⁹ noster: vt sicut ī cōspectu tuo mors est preciosa sctōꝝ: ita eorū merita venerātiū accepta tibi reddat oblatio. Per. Cōio. Iustoꝝ aie ī manu dei sūt ꝫ nō tāget illos tormentū malicie: visi sunt oculis īsipientiū mori illi aūt sunt in pace. Postcō.

Respice q̄s dn̄e populum tuū ī spūalibus instrumentis: et quorum tribus solennia celebrare: fac eorum gaudiis interesse. Per.

ℭ Sanctorum nerei achillei atqȝ pancracii martyrum. Officium.

Ecce oculi domini super timentes eū: sperantes in mia eius allā: vt eripiat a morte alas eorū qm̄ adiutor et ptector noster est allā allā. ps. Exultate iusti in dn̄o rectos decet collaudatio. Oratio.

Semper nos dn̄e sctōꝝ martyrū tuoꝝ nerei et achillei atqȝ pancracii foueat q̄s btā solēnitas et tuo dignos reddat obsequio. Per. Eplā. Iusti aūt. in cōī. fo. vi. Allā. ỽ. Uox exultationis et salutis ī tabernaculis iustorū. Euāge. Ego sū vitis vos palmites. in cōī fo. i. Offer. Cōfitebūtur celi mirabilia tua dn̄eqȝ veritatē tuā ī ecclesia sanctorum allā allā. Secreta.

Sanctorū martyrū tuorū nerei et achillei atqȝ pācracii tibi dn̄e grata confessio: ꝫ munera nostra cōmendet: et tuā nobis indulgētiā sēper iploret. Per. Cōio. Gaudete iusti ī dn̄o allā: rectos decet collaudatio alleluya. Postcō.

Quesumus dn̄e deus nr̄: vt btōꝝ martyrū tuorū nerei ꝫ et achillei atqȝ pancratii depcationibus sacramēta sācta q̄ sūpsim⁹ ad tue nobis proficiant placationis augmentum. Per dominum.

ℭ Sctī dūstani epi ꝫ ɔfes. Offm.

Sacerdotes tui dn̄e īduant iusticiam: ꝫ scti tui exultēt pter dauid seruū tuū nō auertas faciē xp̄i tui al. ps. Memēto dn̄e dauid et ois mās̄uetudinis ei⁹. Cātus. Kyri: rex splendens. sine. ỽ. Or.

Deus qui beatū dūstanum pontificem tuum ad regna

transtulisti celestia: da nobis per gloriosa eius merita ad gaudia transire perennia. P. ℭ Eꝺ [illegible] ko. de sancta potentiana virgine. Or.

C Oncede nobis q̄s oṗs deus sctē potētiane virginis tue et exultare meritis: et beneficioꝝ ei⁹ attolli suffragiis. Epla. Ecce sacerdos magnus q̄ in diebus. in cōi. fo. x. Gr. Juravit dn̄s et non penitebit eū: tu es sacerdos ī eternū secūdum ordinē melchisedech. All. V. Posui adiutoriū sup potentem et exaltaui electū de plebe mea. Sequēt. Alma chorus. in cōi fo. xi. Euā. Homo quidā pegre. ī cōi fo. xi. In tempore pas. Ego sum vitis vera in cōi fo. i. Offm. Jnueni david servum meū et in oleo sancto vnxi eū: man⁹ eni mea auxiliabit ei et brachiū meum cōfortabit eū. In tp̄e pas. allā. Secreta

S Uscipe q̄sumus dn̄e munera supplicantis familie tue q̄ tibi in vel dūstani cōfessoris tui atq̄ pontificis solennitate deferimus p̄cantes vt eius patrocinio venerādo adiuti: defendi mereamur ab oīm inimicorū insidiis. P. Alia secreta de sācta potentiana.

O Locausta hec dn̄e tua benedictione sāctifica: vt sctē potētiane virginis tue tibi meritis accepta sint in cuius sūt veneratione oblata. P. Cōio. Dn̄e quinq̄ talēta tradidisti michi: ecce alia quinq̄ superlucratus sum: euge serue fidelis quia in pauca fuisti fidelis supra multa te cōstituā: intra ī gaudiū dn̄i tui. In tp̄e pas. all. Postcō

B Eati dūstani confessoris tui atq̄ pontificis q̄s dn̄e precatione nos adiuva in cuius veneratione tua p̄cipim⁹ sacramēta. P. Alia postcōio de sctā potentiana.

S Umptis dn̄e salutis eterne mysteriis q̄s: vt intercedente btā potētiana vgīe tua ita nos tuis vti facias sacramētis: vt eternis mereamur interesse cōuiuiis. P. ℭ Sctī aldelmi epī et cōf. Offm.

S Tatuit ei dn̄s testamētū pacis: et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotii dignitas ī eternū. In tēpore paschali. alleluya allā. Ps. Misericordias domini in eternum cantabo. Oratio.

D Eus q̄ hodierna die sanctū pōtificē tuū aldelmū ad eterna sublevasti gaudia ei⁹ q̄s meritis illuc tua nos perducat mīa. P. Meōria de sctō vrbano mr. Or.

D A q̄s oṗs deus: vt qui beati vrbani martiris tui atq̄ pōtificis natalicia colim⁹: ei⁹ intuitu nobis tribue veniā petōꝝ et cū ipso celestiū gaudia p̄miorū. P. Epla. Justū dedu. in cōi fo. x. Gr. Dn̄e p̄venisti eū ī bn̄dictiōib⁹ dulcedīs posuisti ī capite ei⁹ coronā d̄ lapide p̄cioso. V. Vitā petiit ꝯ tribuisti ei lōgitudinē dieꝝ in sclm scli. All. V. Just⁹ germinabit sicut liliū ꝯ florebit ī eternū āte dn̄m. Seq. Adest nobis. ī cōi fo. x. Euāge. Vigilate q̄z nescitis. in cōi fol. xi. In tp̄e pas. Euāge. Ego sum vitis vera ī cōi. fol. i. Offm. Veritas mea ꝯ misericordia mea cū ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu ei⁹. In tp̄e paschali. allā. Secreta

H Is tibi precibus dn̄e nr̄a q̄s grata reddatur oblatio: pro cuius festiuitate est imolata. Per. Alia secreta de sancto vrbano.

M Unera dn̄e q̄s tibi dicata sctifica: et ī intercedente btō vrbano martire tuo atq̄ pōtifice per hec eadē nos placat⁹ intuēe. P.

Cōio Beat⁹ seru⁹ quē cū venerit dñs īuenerit vigilātē: amen dico vobis sup oia bona sua cōstituet eū. In tpe pas. allā allā. Postcō.

Solēnitatē q̄s dn̄e sc̄ti pontificis adelmi celebrātib⁹ adesto ꝓpicius et nobis eius meritis concede gaudia vite celestis. Per.

Alia postcōio de sc̄to vrbano.

Sumētes dn̄e sacramenta celestia pietatē tuā humili deuotione deposcimus: vt illā q̄ in btō vrbano martyre tuo atq₃ pōtifice flagrauit forte dilectionem nobis benign⁹ aspires. Sancti augustini anglorum apostoli. Offm.

Sacerdotes dei benedicite dominū: sancti et huiles corde laudate deum. In tpe pas. allā. Ps. Bn̄dicite oia opa dn̄i dn̄o: laudate ꝛ superaltate eū in scl̄a. Or.

Deus qui btm̄ augustinum pōtificē primū doctorem populo ꝯcessisti anglorum: tribue nobis q̄s: vt cui⁹ merita ꝓdicam⁹ i terris eius suffragia apud te sentiamus in celis Per dn̄m. Epl̄a Dedit dn̄s in cōi fo. x. Gr. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. Ꝟ Nō est inuētus similis illi q̄ cōseruaret legē excelsi. Al. Ꝟ Amauit eū dn̄s et ornauit eū stola glie induit eū. Seq̄ Alma chor⁹. in cōi. folio. x. Secundum lucam. x. cap.

Michi autẽ nimis honorati sũt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. Ps Domine pbasti me et cognouisti me tu cognouisti sessionem meã ꝫ resurrectionem meam. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui huius diei venerãdã sctãmq̧

leticiam in vel bartholomei apli tui festiuitate tribuisti:da ecclie tue qs: et amare qd credidit: et pre dicare qd docuit. Per. Memoria de sancto audoeno epo. Oratio

Deus qui perenne gliam san ctissimi cofessoris tui atq pontificis audoeni aie cotulisti: tri bue qs ei nos apd te ita patroci niis subleuati vt cu eo vita possi deamus eterna. p. Epla. Jam no estis in co. fo. i. Gr. In oem terra exiuit sonus eoru: et in fines orbis terre verba eor. V. Celi enarrant gloria dei: et opa manuu eius an nuciat firmametu. Alla. V. Nimis honorati sut amici tui de nimis co fortatus est pricipatus eor. Sequ. Clare sctor. in co. fo. ii. Euange. Facta est ptetio. in co. fo. ii. Credo Offer. Cotitues eos pricipes sup oem terra: meores erut nois tui i oi progenie et generatione. Se.

Beati apli tui bartholomei dne solennia celebrantes tua clementiam deprecamur: vt eius auxilio tua beneficia capiam: in cuius veneratione tibi laudis ho stias immolamus. Per dnm no.

Alia secreta de sancto audoeno.

Oblata qs dne munera fidelis populi meritis beatissimi audoeni cofessoris tui atq Ponti ficis tibi reddantur accepta vt ab oi cogitatione pcti eide qb famu lamur misteriis: clemeter emuda ri mereamur. p. Praefa. Et te dne Co. Vos q secuti estis me sedebit super sedes iudicates duodeci tri bus israel dicit dominus. Postco

Sumptis salutaribus sacra metis pro solennitate beati apli tui bartholomei supplices te precamur: vt que predicauit et cre damus pariter et sequamur. Per.

Alia postcoio de sancto audoeno.

Mense celestis participatio ne vegetati supplices te ro gamus ops de: vt sicut de beati audoeni perpetua glorificatione annua celebritate gaudemus ita ipsius apud te intercessione ab oi mereamur aduersitate defendi. p

Sancti ruphi martyris. Offi.

Iustus no coturbabitur quia dns firmat manum eius tota die miseret et comodat et seme ei i be dictioe erit i eternu pseruabit. Ps. Noli emulari i malignatib: neq zelaueris facietes iniquitatem. Or

Adesto dne supplicationib nostris: vt beati ruphi mar tyris tui intercessionib cofidetes nec nimis aduersatiu nec vllo co turbemur incursu. p. Epla. Btus vir q in sapietia. in co. fo. iii. Gr. Justus no coturbabitur qz dns fir mat manu eius. V. Tota die mise ret et comodat et seme eius in be dictionibus erit. Al. V. Btus vir q timet dnm in madatis eius cupit nimis. Euag. Nichil optu. in co. fo. v. Offer. In virtute tua dne leta bitur iustus et sup salutare tuum exultabit vehementer: desideriu anime eius tribuisti ei. Secreta.

Hostias tibi dne ob honore beati ruphi martyris tui of ferimus suppliciter deprecantes vt sicut illi prebuisti sacre fidei co fessione: sic nobis indulgentiam largiaris et pacem. Per dominu. Coio. Magna est glia ei i saluta ri tuo: gliam et magnu decore im pones super eum domine. Pcoio

Celesti munere saciati que sumus domine deus noster vt beati ruphi martyris tui meri tis vbiq nos adiuues. Per dnm.

¶ Sancti augustini epyscopi et doctoris. Ad missam. Officium.
Statuit ei dñs testamē-
tum pacis: et principem
fecit eum: vt sit illi sa-
cerdotij dignitas in eter
nū. Ps. Misericordias dñi in eternū cātabo
Deus q̄ beatū augustini. Or.
Dnī ecclesie tue in exponendis
scripture sacre mysterijs doctorem
catholicū puidisti: da nobis: ei⁹ sp̄
et doctrinis istrui ꝑ oronē fulciri.
Per. Meō. de scō hermete mr. Or.
Deus qui beatū hermetem
martirē tuū virtute cōstā-
tie in passione roborasti: ex eius
nobis imitatione tribue ꝑ amore
tuo prospera mundi despicere: et
nulla eius aduersa formidare. P.
Epla. Dedit dñs. in cōi fo. xi. Gr.
Dñe puenisti eū ī bñdictionibus
dulcedinis posuisti ī capite ei⁹ coro
nā de lapide p̄cioso. V. Vitā petiit
et tribuisti ei lōgitudinē dierū ī sclm
scli. All. V. Justus germinabit sicut li-
liū florebit ī etnū āte dñm. Seq̄.
Adest nobis dies alma. in cōi. fo.
x. Euangeliū. Vos estis sal terre
in cōi fo. xii. Cred. Offr. Veritas
mea et mīa mea cū ipso: et in noīe
meo exaltabit cornu eius. Secre.
Sancti cōfessoris tui atq̄ pon
tificis augustini nobis q̄s
dñe pia nō desit oratio: q̄ et mune
ra nostra tibi cōciliet: et tuā nobis
indulgētiā sēp̄ obtineat. Per do.
Alia secreta de sancto hermete.
Munera nr̄a dñe q̄s propicia
tus assume: et vt digne tuis
famulemur altaribus sācti herme
tis martyris tui nos intercessio-
ne custodi. Per d. Cōio. Btūs ser
uus quē cū venerit dñs inuenerit vi
gilantē: amē dico vobis super oīa
bona sua cōstituet eum. Postcōio

Sumentes domine saluta-
ria sacramenta quesumus:
vt eius nos tribuas subsequi do-
cumenta cuius celebramus glo-
riosa solennia. Per dñm nostrum
Alia postcōio de sancto hermete.
Repleti domine benedictio-
ne celesti quesumus clemen
tiam tuam: vt intercedente beato
hermete martyre tuo q̄ humiliter
gerimus: salubriter sentiamus p.
¶ In decollatione sancti iohan-
nis baptiste dicitur missa in capi-
tulo de sancta sabina virgine sta
tim post primam ante iii. more so
lito et missa de scō iohāne post. vi.
¶ De sancta sabina virgine. Offi.
Cognoui domine q̄ eq-
tas iudicia tua: et in ve-
ritate tua humiliasti me
confige timore tuo car-
nes meas: a mandatis tuis non
me repellas. Ps. Beati immaculati
in via qui ambulāt ī lege dñi. Or.
Beate sabine virginis tue et
martyris domine p̄cibus cō
fidentes: quesumus clementiam
tuam vt eius meritis et precibus
ad eterna gaudia peruenire vale
mus. P. Epla. Dñe deus. ī cōi fo. xiii.
Gr. Diffusa est gratia ī labijs tuis
propterea benedixit te deus ī eter
num. V. Propter veritatem et man
suetudinem et iusticiam et deducet
te mirabiliter dextera tua. Alleluya
V. Specie tua et pulchritudine
tua intende prospere procede et
regna. Euangelium. Simile est
regnum celorum thesauro absc̄
dito. in cōmuni folio. xliii. Offr.
Filie regum in honore tuo astitit
regina a dextris tuis in vestitu de
aurato circūdata varietate. Sec.
Muneribus nostris domine
te magnificamus oblatis

que nobis et btē sabine martyris tue patrocinia ꝯ sempiterna cōciliēt gaudia. p. Cō. Principes ꝑsecuti sūt me gratis et a verbis tuis formidauit cor meū letabor ego sup eloq; tua sicut q̄ inuenit spolia multa ꝯcupiuit aīa mea testimonia tua dn̄e ꝯ dilexit ea vehemēter. Postc.

REdēptionis nr̄e misteria celebrātes q̄s dn̄e deus noster vt btē sabine martyris tue meritis muniamur: et visionis tue glīa ineffabili perfruamur. Per.

¶ Ad magnā missam. Officium

GLoria et honore corona sti eū: et cōstituisti eū super opa manuū tuar. Ps. Dn̄e dn̄s nr̄: ꝗ admirabile ē nomē tuū in vniuersa terra

SAncti iohānis baptiste Or. et martyris tue dn̄e q̄s veneranda festiuitas salutaris auxilii nobis prestet augmentum. Per

¶ Nulla fiat mēo. de scta sabina virgie vbi missa de ea pri⁹ cātata fuerit. Lcō li. sapie. prouer x. et xi.

EXpectatio iustorum leticia: spes autē impiorū peribit. Fortitudo simplicis via dn̄i: et pauor his qui operātur malū. Iust⁹ in eternum nō cōmouebitur: impii aūt non habitabūt sup terram Os iusti parturiet sapientiā: ꝯ lingua prauor peribit Labia iusti cōsiderant placita: et os impiorum peruersa. Simplicitas iustor diriget eos: et supplantatio peruersorū vastabit illos. Iusticia rectorū liberabit eos: et in insidiis suis capietur iniqui. Iustus de angustia liberatus est: et tradetur impius p eo. Simulator ore decipit amicū suum: iusti aūt liberabūtur sciētia. In bonis iustorum exaltabitur ciuitas: et in perditione impior erit laudatio In bn̄dictione iustorū exaltabit ciuitas. Gr. Posuisti dn̄e sup caput eius coronā de lapide p̄cioso. V. Desideriū anime eius tribuisti ei: ꝯ voluntate labiorum ei⁹ nō fraudasti eum. Alla. V. Misso herodes spiculatore p̄cepit amputari caput iohannis in carcere.

Sequentia. Sancti baptiste. Require supra i natiuitate eiusdem. Secundum marcum. vi. capitulo

IN illo tempore. Misit herodes rex manum et tenuit iohannem: et vinxit eum in carcere propter herodiadē vxorem philippi fratris sui quia duxerat eā. Dicebat eni iohannes herodi. Non licet tibi habere vxorē fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi et volebat occidere eum nec poterat. Herodes enim metuebat iohannem sciēs eum virum iustum et sanctū et custodiebat eū. Et audito eo multa faciebat et libenter eū audiebat. Et cum dies oportunus accidisset: herodes natalis sui cenam fecit principib⁹ et tribunis et primis galilee. Et cum introisset filia ipsius herodiadis et saltasset et placuisset herodi: simulq; recumbentibus: rex ait puelle. Pete a me quod vis: et dabo tibi. Et iurauit illi quia quicquid petieris dabo tibi: licet dimidiū regni mei. Que cum exisset dixit matri sue. Quid petam? At illa dixit Caput iohannis baptiste Cumq; introisset statim cum festinatiōe ad regem petiuit dicens. Volo vt protinus des michi in disco caput iohannis baptiste. Et contristat⁹ est rex propter iusiurandū: ꝯ ꝓpter simul discumbentes noluit eam cōtristari: sed misso spiculatore precepit afferri caput eius i disco. Et

decollauit eum in carcere: et attulit caput eius in disco: et dedit illud puelle et puella dedit matri sue. Quo audito discipuli eius venerunt et tulerunt corpus eius: et posuerunt illud in monumento. Offr. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso: vitam petijt a te et tribuisti ei alleluya. Secreta.

Munera tibi domine pro sancti iohannis baptiste et martyris tui passione deferimus: qui dum finitur in terris factus est celesti sede perpetuus: quesumus ut eius obtentu nobis proficiant ad salutem. Per dominum nostrum. Cōio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum domine. Postcōmunio.

Conferat nobis domine quesumus sancti iohannis baptiste utraque solennitas: ut et magnifica sacramenta que sumpsimus pstibus nostris significata veneremur et in nobis potius edita gaudeamus. Per. Sanctorum felicis et adaucti martyrum. Officium.

Sapientiam sanctorum narrant populi et laudem eorum nunciat ecclesia: nomina autem eorum vivent in seculum seculi. Ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Or.

Maiestatem tuam domine supplices deprecamur/ ut sicut nos iugiter sanctorum martyrum tuorum: felicis et adaucti cōmemoratione letificas: ita semper supplicatione defendas. Per do. Epla. Iustorum anime. in cōi fo. vi. Grad. Iustorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie. V. Visi sunt oculis insipientium mori illi autem sunt in pace. alleluya. V. Iusti epulentur et exultent in conspectu dei: et delectentur in leticia. Euangelium. Attendite a fermento. in cōi fo. viii. Offr. Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Hostias quas domine quas solenniter immolamus pro martyrum cōmemoratione sctorum clementer suscipe: et concede ut eorum intercessione in quorum honore offeruntur veniam delictorum consequi mereamur. Per d. Cōio. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine dicit dominus: et quod in aure auditis: predicate super tecta. Postcōmu.

Refecti domine sacris muneribus quesumus: ut intercedentibus sanctis martyribus tuis felice et adaucto in gratiarum semper actione maneamus. Per do. Sancte cuthburge virginis. Officium.

Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico opera mea regi. Oratio

Deus qui eximie castitatis priuilegio famulam tuam cuthburgam multipliciter decorasti: da nobis famulis tuis eius promerente intercessione utriusque vite prosperitatem: ut sicut eius festiuitas nobiscum agitur in terris: ita per eius interuentum nostri memoria apud te semper habeatur in celis. Per do. Epla. Qui gloriatur. in cōi folio. xv. Gr. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem. V. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. Alleluya. V. Emulor enim vos dei emulatione despondi vos uni viro virginem castam exhibere christo. Euangelium. Simile est reg. ce. decem. in cōi folio. xv. Offr.

Offerent regi virgines post eã proxime eius offerent tibi. Secreta.
Altaria tua domine misticis muneribus cumulam⁹ maiestatem tuam suppliciter deprecantes: vt ipsius adiuuantibus meritis carere mereamur cunctis contagiis. Per dñm nrm. Cōio. Diffusa est grã in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternũ
Celestibus sacramẽtis refecti altaribus tuis domine deprecamur inclinati: vt que in solennitate beate cuthburge letanter percepimus: auxilio eius intercessionis nobis proficiant ad vtriusq3 profectum salutis Per C Scti egidij abbatis. Offm
Os iusti meditabitur sapientiam ꝛ lingua ei⁹ loquetur iudicium: lex dei eius i corde ipi⁹. ps. Noli emulari i malignãtib⁹ neq3 zelaueris faciẽtes iniquitatẽ. Oratio.
Deus qui hodierna die beatum egidium confessorem tuum atq3 abbatem aulam regni celestis penetrare fecisti tribue q̃s sumus: vt cui⁹ deuote gloriamur meritis: eius nos sentiamus confoueri suffragiis. Per dñm nrm.
Meõria de scto prisco marty. Orõ
Omnipotens sẽpiterne deus fortitudo certãtium et martyrum palma solennitatem hodierne diei propicius intuere: et ecclesiam tuam continua fac celebritate letari: vt intercessione beati prisci martyris tui omnium in te credẽtiũ vota perficias p. Eplã Iust⁹ cor suũ. ecclo. xii. Gr. Os iusti meditabit sapientiã ꝛ lingua ei⁹ loquet iudiciũ. V. Lex dei eius in corde ipsius: ꝛ nõ supplãtabunt gressus ei⁹. All'a V. Posui adiutoriũ sup potẽtẽ: ꝛ exaltaui electũ de plebe mea. Seq. Alleluia nobis. lectio. ꝛ Euã. Nemo accendit. in ebi los. xii.
Offꝛ. Desideriũ aĩe ei⁹ tribuisti ei dñe: ꝛ volũtate labiorũ ei⁹ nõ fraudasti eũ: posuisti i capite eius coronam de lapide precioso. Se.
Muneribus nris dñe q̃s sacti egidij confessoris tui atq3 abbatis intercessione gratiam tue placationis infunde: vt et collata nobis remedia tuearis: et propicius conferenda largiaris. Per dñm.
C Alia secreta de sancto prisco.
Altaribus tuis dñe munera pro commemoratiõe scti prisci martyris tui gratanter offerimus precantes: vt ipso intercedẽte hec eadẽ nobis ad celestia promerenda proficiant. Per d. Cōio. Fidelis seruus et prudẽs quẽ cõstituit dñs sup familiã suã vt det illis in tpe tritici mensurã. Postcõmu.
Protege dñe populum tuũ de tua mia confidentem: et quos celestibus refecisti mysteriis beati egidij confessoris tui atq3 abbatis intercessione: tuis muneribus assequendis effice promptiores. Per dñm nostrum iesum
C Alia postcõmunio de sctõ prisco
Refectam domine sacre participationis mysterio tuere q̃sum⁹ plebẽ tuam: vt beati prisci martyris solennia recolentẽ: celestis gratie largitate prosequere: vt visibilibus adiuta solaciis: ad inuisibilia bona ppici⁹ incitet. P.
C Trãsla. scti cuthberti epi. Offm
Statuit ei domin⁹ testamentum pacis: et principem fecit eũ: vt sit illi sacerdotii dignitas ĩ eternum. ps. Misericordias domini in eternum cantabo. Oratio.

PResta nobis q̄s om̄s et mise
ricors deus: vt qui btī cuth-
berti confessoris tui atq̄ pōtificꝫ trāſ
latiōis diem veneramur p ipsius
suffragia pietatis tue sēp bñficia
cōsequamur. Per. Epla. Ecce sa-
cerdos magnus q̄ in diebus. i cōi
fo. x. Gr. Jurauit dn̄s et nō peni-
tebit eū tu es sacerdos in eternū
secundū ordinē melchisedech. V⁹.
Dixit dn̄s domino meo sede a dex
tris meis. Allā. V. Justus germi-
nabit sicut liliū: et florebit in eter-
num ante dn̄m. Si fiant ix. lec. dl
sequētia de cōi fo. x. Euā. Hō qui-
dā peregre. in cōi. fo. xi. Offr. Ve-
ritas mea et mia mea cū ipo et in
noīe meo exaltabitꝛ cornu ei⁹. Se.

HEc munera q̄s dn̄e btī cuth
berti cōfessoris tui atq̄ pon
tificis intercessione sctifica et nos
famulos tuos a pctōꝝ oīm macu-
lis clemēter emūda. p. Cō. Btūs
seruus quē cū venerit dn̄s inuene
rit vigilantē: amē dico vobis sup
oīa bona sua cōstituet eū. Post.

UT hec coīo nos dn̄e tibi di-
gnos efficiat: btūs cuthber
tus cōfessor tuus et pōtifex cuius
translationis diē veneramur: suf
fragio quesumus pie intercessio-
nis obtineat. Per dn̄m nostrum

¶ Sancti bertini abbatis. Offm.

OS iusti meditabitur sapi
entiam et lingua eius lo
quetur iudiciū: lex dei ei⁹
in corde ipsius. Ps. Noli
emulari i malignātibus: neq̄ zela
ueris faciētes iniquitatē. Oratio.

OMn̄ps sempiterne deus qui
mirabiliter fulges in electis
tuis q̄s te habitatore glorificare
voluisti: da nobis q̄s btī bertini
confessoris tui atq̄ abbatis ita di
gne solennia venerari: vt eius suf
fragātibus meritis tēplū tuū me
reamur fieri. p. Epla. Justus cor
suum in cōi fo. xi. Gr. Os iusti me
ditabitur sapientiā ꝛ lingua eius
loquetur iudicium. V. Lex dei eius
in corde ipsius: ꝛ nō supplātabun
tur gressus eius. V. Amauit eū do
minus ꝛ ornauit eum stola glorie
induit eū. Euāgelium. Nemo acce
dit. in cōmuni fo. xi. Offr. Deside
rium anime eius tribuisti ei dn̄e: ꝛ
volūtate labiorum eius non frau
dasti eū: posuisti i capite eius coro
nam de lapide precioso. Secreta

GRatia spūs sancti dn̄e q̄s hec
munera nostra assumat: ꝛ in
tercedente btō bertino confessore
tuo atq̄ abbate vitam nostram ir
reprehensibilem custodiat: et nos
ad celestia regna perducat. Per
dn̄m. In vnitate eiusdem. Cōio.
Fidelis seruus et prudens quem
constituit dn̄s super familiā suam
vt det illis i tpe tritici mensuram.

TRibuant nobis q̄s Postcō
domine continuum tua san
cta subsidium quo beati bertini
confessoris tui atq̄ abbatis preci-
bus nos ab omnibus semper tue
antur aduersis. Per dn̄m nostrū.

¶ In natiuitate beate marie offm.

GAudeamus om̄es in
domino diē festū cele
brantes sub honore
marie virgis de cui⁹
natiuitate gaudent
angeli et collaudant filiū dei. Ps.
Eructauit cor meū verbū bonum
dico ego opera mea regi. Oratio.

SUpplicationem seruoꝝ tuo-
rū deus miserator exaudi: vt
qui in natiuitate dei genitricis et
virginis congregamur: eius inter
cessionibus a te de instantibus pe
riculis eruamur. Per eundem.

Lectio libri sapie. Eccli'a. xxiiii.

Ego quasi vitis fructificaui suauitatē odoris: et flores mei fructus honoris ꝯ honestatis Ego mater pulchre dilectionis et timoris: ꝯ magnitudinis et sancte spei. In me gratia oīs vie et veritatis: in me oīs spes vite et virtutis. Trāsite ad me oēs qui cōcupiscitis me: et a generationibus meis implemini. Spiritus eni meus super mel dulcis ꝯ hereditas mea super mel et fauū. Memoria mea in generatiōe seculorū. Qui edūt me adhuc esurient: ꝯ qui bibūt me adhuc sitient. Qui audit me non cōfūdet: et q̄ operant in me nō peccabūt. Qui elucidant me: vitam eternam habebunt. Alia ep'la per octa. Lectio libri sapientie. iiii.c.

O Quam pulchra est casta generatio cum claritatis. Immortalis est eni memoria illius: qm̄ apud deū nota est et apud hoies. Cū presens est imitant illā: et desiderāt eā cū se eduxerit: et in ppetuū coronata triumphat: in coinquinatorū certaminū pmiū vincens. Multigena eni ipiorū multitudo nō erit vtilis: et spuria vitulamina non dabūt radices altas: nec stabile firmamētū collocabūt Et si in ramis in tpe germinauerint infirmiter posita: a tanto cō mouebūtur: et a nimietate ventorū eradicabunt. Cōfringētur eni rami incōsūmati: et fruct' illorū inutiles et acerbi ad manducandū et ad nichilū apti. Ex iniquis eni oēs filii q̄ nascunt: testes sunt nequicie aduersus parētes in interrogatione sua. Justus autē si morte pocupatus fuerit: in refrigerio erit. Et legatur he due ep'le alternis vicibus per oct. vna die

Ego quasi vitis: et altera die. O pulchra. Ita tamē ꝙ in die dn̄ica infra oct. et in die oct. Ego q̄si. Gr. Audi filia ꝯ vide et iclina aurē tuā qz cōcupiuit rex speciē tuā. V. Specie tua ꝯ pulchritudine tua: intende pspere procede et regna. Alla. Natiuitas gl'iose virginis marie ex semine abrahe orta de tribu iuda: clara ex stirpe dd. Sequens ꝯ. v. dī quotidie p oct. nisi i dn̄ica ꝯ i oct. die: tūc el dr sicut i pma die. Alla. ꝯ. V. Per te dei genitrix. Alla. ꝯ. V. Per te dei genitrix nobis est vita perdita data q̄ de celo suscepisti prolem et mundo genuisti saluatorē. Seq.

Alle celeste necnō et perhenne luya. Dic paraphonista cū mera simphonia. Tuba et canora palinodia cāta. Nā oīs vsya hāc xp̄i genitricē die ista. Congaudet exortā p quā sibi sublatā capit vitā. Dauitica stirpe sata dauidis ad sceptra est regēda pie fecūdata Nec grauidata viscera sūt tū per villa patris mēbra sed ex fide sola Ab arce sūma angel' astat maria inquit alma aue plena Gratia sacra et benedicta feminas iter oēs paritura. Regē q̄ dira mortis vincula. Dānabit mira cū potentia. Suū plasma soluēs spōte sua et ꝯ btām donās vitā. Fit mox puella verbis credula. Et puerpera stupet et casta. Natū gestans speciosū forma regentē cuncta orbis regna. Hec est virga non irrigata sed dei grata florigera. Hec sola cunctorū hera materna obscurās piacula. Velut rosa decorans spineta sic q̄d ledat nichil habet maria. Virgo eua q̄d contulit prima xp̄i sponsa effugat maria. O virgo sola mater casta nr̄a crimina. Soluēs da regna q̄s btā regnant

agmina. Potēs enī cūcta vt mūdi
regina et iura. Cū nato oīa decer-
nis in scła et vltra subnixa es in
glia. Cherubin electa seraphinqȝ
clara agmina Mā iuxta filiū posita
sedes in dextera virtꝰ lāpas et so-
phia. Natiuitas vnde gaudia no
bis hodie affert āna. Et resonat
camenis aula in laude tua virgo
maria. Gaudet per climata orbis
eccła dicēs allā. Nō et palacia celi
clamāt didima vsqȝ dātia ꝓconia

Initiū sc̄ti euāgelii scdm mat. i.

Liber generationis iesu xpi
filii dauid : filii abraham.
Abraham aūt genuit ysaac. Ysaac
aūt : genuit iacob. Jacob aūt : ge-
nuit iudā et fratres eiꝰ. Judas au
tem: genuit phares et zarā de tha
mar. Phares autē: genuit esron.
Esrō aūt : genuit arā. Arā aūt: ge
nuit aminadab. Aminadab autē:
genuit naasō. Naasō aūt: genuit
salmō. Salmō aūt : genuit booz
de raab. Booz aūt : genuit obeth
ex ruth. Obeth autē : genuit iesse
Jesse aūt: genuit dauid regē. Da-
uid autē rex : genuit salomonē ex
ea q̄ fuit vrie Salomō aūt: genuit
roboā. Roboā aūt: genuit abiam
Abia autē : genuit asam. Asa aūt:
genuit iosaphat. Josaphat autē:
genuit iorā. Jorā aūt: genuit oziā
Ozias āt: genuit ioathā. Joathā
aūt: genuit achaz. Achaz aūt : ge-
nuit ezechiam. Ezechias aūt : ge-
nuit manassē. Manasses aūt : ge
nuit amō. Amō aūt: genuit iosiā.
Josias aūt : genuit iechoniam et
fratres eiꝰ in trāsmigratione ba-
bilonis. Et post trāsmigrationē
babilonis : iechonias genuit sa-
lathiel. Salathiel autem : genuit
zorobabel. zorobabel autem: ge-
nuit abiud. Abiud autem : genuit
eliachim. Eliachim autem : ge-
nuit azor. Azor autem : genuit sa
doch. Sadoch aūt : genuit achim
Achim autē : genuit eliud. Eliud
autem : genuit eleazar. Eleazar
autem: genuit mathan. Mathan
autem : genuit iacob. Jacob au-
tem : genuit ioseph virum marie.
De qua natus est iesus qui voca-
tur christus. Credo. Quotidie
per octa. et in octa. legatur euan-
gelium. Secundum lucam. xi. c.

In illo tempore : Loquente
iesu ad turbas: extollēs vo-
cem quedam mulier de turba di-
xit illi. Beatus venter qui te por
tauit et vbera que suxisti. At ille
dixit Quinimo. Beati qui audiūt
verbum dei et custodiūt illud. Offer.
Diffusa est gratia ī labiis tuis ꝓ-
pterea benedixit te deus in eter
num et in seculum seculi. Secreta
Vnigeniti tui nobis domi-
ne succurrat humanitas vt
qui natus de virgine integrita-
tem matris non minuit : sed sacra
uit in natiuitatis eius solennitis
a nris nos piaculis exuens obla-
tionem nostrā sibimet faciat esse
acceptam : iesus christus dñs no-
ster. Qui tecū. Prefatio. Et te in
natiuitate. Hec prefatio dicitur
quotidie per octa. et in octa. quan
do de sancta maria dicitur missa.
Cōio. Vera fides geniti purgauit
crimina mūdi : et tibi virginitas
inuiolata manet. Pōstcōio.
Sumpsimus domine celebri
tatis annue votiua sacramenta
presta q̄s : vt intercedente beata
maria sēper virgine: et tēporalis nobꝭ
vite remedia prebeant et eterne. P
Quotidie per octa. vr eadē missa
cum eisdē sequentiis q̄ infra oct.
assūptionis ꝯstitulate sūt sed sine

Credo. nisi in exaltatione sancte crucis: tamen in dominica infra oct. et in oct. si dominica fuerit dicitur Credo. Secunda die fiat memoria de sancto gorgonio mar. Oratio

Sanctus gorgonius martyr tuus domine sua nos quesumus intercessione letificet: et pia faciat solennitate gaudere. Per do. Secreta.

Grata tibi sit domine quesumus nostre seruitutis oblatio quam familie tue pia defert deuotio: pro qua sanctus martyr tuus gorgonius interueniat. Per dominum. Postcommunio.

Familiam tuam quesumus domine deus suauitas illa contingat et vegetet: quia in martyre tuo gorgonio christi tui bono iugiter odore pascatur. Per. Quarta die memoria de martyribus protho et iacinto. Oratio.

Beatorum martyrum tuorum prothi et iacincti nos quesumus domine foueat preciosa confessio: et pia iugiter intercessio tueatur. Per do. Secreta.

Pro sanctorum martyrum tuorum prothi et iacinthi veneratione tibi domine munera que debemus exsoluimus presta quesumus: vt remedium nobis perpetue salutis operentur. Per.

Ut precepta nos domine Postcommunio. tua sancta purificent: beatorum martyrum tuorum prothi et iacinthi quesumus imploret oratio. Per. Dominica infra oct. natiuitatis beate marie cum extra festum exaltationis sancte crucis euenerit ad missam omnia fiant sicut in prima die more simplicis festi. ix lec. ita tamen quod Kyrie. Gloria in excelsis Sanctus. et Agnus. per ordinem dicantur: et legatur euang. Loquente iesu.

In exaltatione sancte crucis. Officium

Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri iesu christi in quo est salus vita et resurrectio nostra: per quem saluati et liberati sumus. Ps. Deus misereatur nostri et benedicat nobis illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. Kyrie lux et origo. cum suis versiculis. Oratio

Deus qui vnigeniti filii tui domini nostri iesu christi precioso sanguine humanum genus redimere dignatus es: concede propicius: vt qui ad adorandam viuificam crucem adueniunt a peccatorum suorum nexibus liberentur. Per dominum. Memoria de mar. cornelio et cypriano. Oratio

Presta quesumus omnipotens deus vt sicut populus christianus ad sanctorum sacerdotum tuorum cornelii et cypriani temporalem concurrit solennitatem: ita perfruatur eterna: et quod votis celebrat comprehendat effectu. Per. Memoria de natiuitate beate marie. Oratio. Supplicationem. Epistola. Confido in vobis. co. iiii. Christus factus est pro nobis obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis. V. Propter quod et deus exaltauit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomen. Alleluia. V. Dulce lignum dulces clauos dulcia ferens pondera que sola fuisti digna sustinere regem celorum et dominum. Sequentia.

Laudes crucis attollamus nos qui crucis exultamus speciali gloria. Dulce melos pulset celos dulce lignum dulci digna credimus melodia. Voce vita non discordet: cum vox vitam non remordet dulcis est symphonia. Serui crucis crucem laudent qui per crucem sibi gaudent vite dari munera. Dicant omnes et dicant singuli aue salus totius populi arbor salutifera. O quam felix quam preclara fuit hec salutis ara rubens agni sanguine. Agni sine macula qui mundauit secula ab antiquo crimine. Hec est scala peccatorum per quam christus rex celorum ad se traxit omnia. Forma cuius hoc ostendit que terrarum comprehendit quatuor confinia.

Non sūt noua sacramenta: nec re-
cēter est inuēta crucis hec religio
Ipsa dulces aquas fecit per hanc
silex aquas fecit moysi officio.
Nulla salus est in domo: nisi cru-
ce munit hō superliminaria. Neq̄
sensit gladium nec emisit filium.
quisquis egit talia. Ligna legens
in sarepta: spem salutis est adepta
pauper muliercula Sine lignis fi-
dei nec lechitus olei: valet nec fa-
rinula. In scripturis sub figuris
ista latent sed iā patent crucis be-
neficia. Reges credūt: hostes ce-
dūt sola cruce xp̄o duce hostis fu-
gant milia. Ista suos fortiores sem-
per facit et victores morbos sanat
et languores deprimit demonia.
Dat captiuis libertatem: vite cō-
fert nouitatem: ad antiquam di-
gnitatem crux reduxit omnia. O
crux lignum triumphale: mundi
vera salus vale inter ligna nullū
tale fronde flore germine Medi-
cina cristiana salua sanos egros
sana quod non valet vis humana
fit in tuo nomine. Insistentes cru-
cis laudi: consecrator crucis audi
atq̄ seruos tue crucis post hanc
vitam vere lucis transfer ad pala-
tia. Quos tormento vis seruire:
fac tormenta non sentire: sed cum
dies erit ire nobis confer ꝯ largire
sempiterna gaudia. Amen.
Secundū iohannem. xii. capitu.

In illo tempore: Dixit iesus
turbis iudeorum Nunc iudi-
cium est mundi. Nunc princeps
huius mundi eiicietur foras. Et
ego si exaltatus fuero a terra: oīa
traham ad meipsum. Hoc autem
dicebat significās qua morte esset
moriturus. Respondit ei turba.
Nos audiuimus ex lege quia chri-
stus manet in eternum. Et quo-
modo tu dicis: oportet exaltari fi-
lium hominis? Et quis est iste fi-
lius hominis? Dixit ergo eis ie-
sus. Adhuc modicum lumen in vo-
bis est. Ambulate dum lucem ha-
betis vt nō tenebre vos cōprehen-
dāt. Et qui ambulat in tenebris
nescit quo vadat. Dum lucem ha-
betis credite in lucē: vt filii lucis
sitis. Credo. Offr. Protege dn̄e
plebem tuam per signum sancte
crucis ab omnibus insidiis inimi-
corum omnium: vt tibi gratā ex-
hibeam⁹ seruitutē et acceptabile
tibi fiat sacrificiū nostrū. Secreta

Deuotas in hoc festo domi-
ne humilitatis nostre pre-
ces et hostia misericordie tue pre-
cedat auxilium: et salutem quam
per adam in paradiso ligni clau-
serat temerata presumptio: ligni
rursum fides aperiat. Per dn̄m.
Alia secreta de martyribus.

Oblata nobis omnipotens de-
us vt nostre humilitatis ob-
latio et pro tuorū tibi placeat ho-
nore sāctorū: et nos corpore pari-
ter ꝯ mente purificet. P. Prefatio
Qui salutem. Cōio. Per lignum
serui facti sumus et per sctām cru-
cē liberati sumus fructus arboris
seduxit nos filius dei redemit nos
alleluya. Postcommunio.

Iesu christi domini nostri cor-
pore saginati et sanguine:
per quem crucis est sācrificatum
vexillum: quesumus domine de⁹
noster: vt sicut hanc adorare me-
ruimus: ita perēnitatis eius glo-
ria salutari potiamur effectu. Per
Alia postcōmunio de martyribus.

Pacē nos quesumus domine
tuorum gaudiis vbiq̄ san-
ctorum / quia nostre salutis aug-
menta sunt quotiens illis honor

impeditur in quibus tu mirabilis predicaris. Per dominum nostrū
¶ In octa. natiuitatis beate marie ad missam omnia fiant sicut in prima die more simplicis festi nouem lectionum ꝛ dicitur super Kyrie. cantus de Kyrie olpotens dicitur etiā Gpiis et alme. a tribus clericis de superiori gradu in superpellicitis ad gradum chori. Sequentia. Aueprecclara. Euangelium Loquente iesu. et dicitur. Sanctus. in hac additione Bndictus marie filius. Cetera oia sicut in prima die. Eodem die fiat mēo. de sācto nichomede martyre. Or.

Adesto domine populo tuo vt beati nichomedis martyris tui merita p̄clara suscipiens ad impetrādā miam tuā sēper eius patrocinio subleuemur. p Secre.

Suscipe dn̄e munera propicius oblata: que maiestati tue bti nichomedis martyris tui commēdet oratio. Per. Postcōio

Purificent nos quesumus domine sacramenta que sumpsimus et intercedente beato nichomede martyre tuo: a cunctis nos efficiant viciis absolutos. p.

¶ Sancte edithe virgini⁹ nō martyris. Ad missam Officium.

Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatē: ppterea vnxit te deus de⁹ tuus oleo leticie pre cōsortib⁹ tuis. ps Eructauit cor meū vbū bonū: dico ego opa mea regi. Or.

Deus qui fidelibus tuis castitatis exemplum prebuisti dum de virgine filium tuū dominum nostrū nasci voluisti sācte edithe virginis tue precibus nobis mētis et corporis tribue puritatem per quam a te nobis promissam percipiamus felicitatem. per eundē. Alia o. de martyrib⁹ eufemia lucina et geminiano Or.

Presta q̄s dn̄e fratrib⁹ nris cū exultatione p̄fectū. vt quorū die passionis ānua deuotione recolimus: etiā fidei cōstantiā subsequamur. p. Epla. Qui gliatur in dn̄o. ꝛc. xv. Gr. Dilexisti iusticiā et odisti iniq̄tatē. v Propterea vnxit te de⁹ de⁹ tuus oleo leticie. Alla v Emulor eīvos dei emulatiōe despondi vos vni viro virginem castam exhibere xp̄o. Euāge. Virginis venerāde. in col. ꝛc. xv. Euāg. Sile est re. ce. de. ꝛc dn̄o. ꝛc. xv. Off. Offerētur regi virgines post eam prime eos offerētur tibi. Secreta

Super hāc oblationē nostrā q̄s dn̄e bn̄dictio tua descendat: et vt ipsi tibi hostia placabilis efficiamur: sācta editha. apud te obtineat. Per dn̄m nostrum. Alia secreta de martiribus.

Munera populi tui domine propiciatus intende: et sanctor martirū tuor eufemie lucine et geminiani quorū nobis tribuis solennitatē celebrare: fac gaudere suffragiis. Cō Diffusa ē gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Postcomunio.

Spiritualis mēse domine participatio nobis mentis ꝛ corporis fiat salutatio: et sancte edithe virgis tue tibi nos commēdet supplicatio. p. Alia p⁹ cō. de mar.

Sumptis domine diuinis misteriis exaudi quesumus preces nostras et sctor martyrū tuorū eufemie/lucine/et geminiani quorū solēniter celebramus victoriam: continuis foueamur auxiliis. Per dn̄m. ¶ Sancti lamberti epyscopi et martiris. Officium

Sacerdotes dei benedici-te dominum: sancti et hu-miles corde laudate deum ps. Benedicite oia opera domini dno laudate et superexaltate eum in secula. Oratio.

Sancti lamberti martyris tui atque pontificis domine nos tibi quesumus commendet oratio et sicut hunc diem eius gloriosa decorat passio: ita nos ipsius semper muniamur suffragiis. Per do. Epla. Omnis pontifex in cōi fo. v. Gr. Inveni david servum meum oleo scto meo unxi eū manus ei mea auxiliabit ei et brachiū meū cōfortabit eū. V. Nichil pficiet inimicus in eo et filius iniquitatis nō nocebit eum. Allā. V. Elegit te dns sibi in sacerdotē magnum in pplo suo Euangelium. Circuibat iesus. in cōi fo. v. Offer. In veritate tua dne letabitur iustus et super salutare tuū exultabit vehementer: desideriū anime eius tribuisti ei. Secreta.

Hostias tibi domine pro commemoratione scti lamberti martyris tui atque pontificis offerimus obsecrantes: ut tua nobis sua intercessione multiplicet bñficia: quē a tui corporis unitate nulla temptatio separavit. Qui vivis et regnas cū deo pre. Cōio. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide precioso. Postcōmunio.

Percepto domine tui corporis et sanguinis sacramento concede nobis quesumus supplicāte beato lamberto martyre tuo atque pontifice ita muniri: ut et temporalibus revelemur commodis et abundemus eternis. Qui vivis et regnas. In vigilia sancti mathei apostoli et euangeliste. Officium

Ego autem sicut oliva fructificavi in domo domini speravi in mīa dei mei: et expectabo nomē tuū qm bonū est āte cōspectū sctōr tuorū ps. Quid gloriaris in malicia qui potens es in iniquitate. Oratio.

Da qs ops deus: ut bti mathei apostoli tui et euangeliste quā preuenimus veneranda solennitas: et devotionē nobis augeat et salutē. P. Eplā. Beatus hō qui invenit in cōi fo. i. Gr. Iustus ut palma florebit et sicut cedrus libani multiplicabit in domo dni. V. Ad annūciādū mane miam tuā et veritatē tuā p noctē. Si i dñica fuerit dicitur. Allā. Per manus autē apostolorū fiebāt signa et pdigia multa in plebe. Secundum lucam. v.

In illo tpe: Vidit iesus publicanū nomine levi sedentem ad theloneum. et ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus surgens secutus est eū. Et fecit ei cōuiuiū magnū levi in domo sua: et erat turba multa publicanorū et aliorū qui cum illis erant discūbentes. Et murmurabant pharisei et scribe eorū dicentes ad discipulos eius. Quare cum publicanis et peccatoribus manducatis et bibitis? Et respōdens iesus dixit ad illos. Nō egent qui sani sunt medico sed qui male habēt. Nō veni vocare iustos sed pctōres ad penitentiam. Offer. Gloria et honore coronasti eum: et cōstituisti eū super opera manuum tuarum domine. Secreta.

Respice qs omps et misericors deus munera que pro veneratione bti mathei apli tui et euāgeliste tue offerimus maiestati: et presta: ut cuius solēnia his sacrificiis preuenimus: eius suffraganti

bus meritis que tibi sunt placita
digno effectu ac deuotis mentib⁹
exequamur. Per dominum. Cōio
Magna est gloria eius in salutari
tuo gloriā et magnū decorē impo
nes super eum domine. P⁹cōio.
P Refecta quesumus omnipo-
tens deus: vt diuino mune-
re satiati: intercedente beato ma-
theo apostolo tuo et euangelista
cuius solennia preuenimus: sa-
cris semper et mysteriis renoue-
mur et moribus. Per dominum.
Si vero hec vigilia in aliqua fe-
ria quattuor temporum contige-
rit: tunc de vigilia nichil fiat ni-
si tantum mēo. ad miss. de ieiunio
¶ In die sācti mathei apli. Offm
M Ichi autem nimis ho
norati sunt amici tui de
us nimis confortatus
est principatus eorum.
ps. Domine probasti me et cogno
uisti me tu cognouisti sessionē me
am et resurrectionem meam. Or
B Eati mathei apostoli tui et
euangeliste domine preci-
bus adiuuemur: vt quod possibili
tas nostra nō obtinet: eius nobis
intercessione donetur. p. Memo
de sctō laudo epō et cōfessore Or
P Refecta quesumus omnipo-
tēs deus vt q̄ beati laudi cō
fessoris tui atq̧ pōtificis solennia
colimus eius intercessione eternā
beatitudinē consequamur. Epla.
Similitudo vultus. in cōi sco. iii.
Gr. Os iusti meditabitur sapien
tiam et lingua eius loquetur iudi
cium. V. Lex dei ei⁹ in corde ipsius
et non supplantabuntur gressus
eius. Allā. V. Primus ad syō dicet
ecce assū et hierusalē euāgelistam
dabo. Sequentia. Laus deuota.
in cōi sco. iii. Scdm matheum. ix.

I N illo tempore: Cum tran
siret iesus vidit hominem se
dentem in theloneo matheum no
mine: et ait illi. Sequere me. Et
surgens: secutus est eum. Et factū
est discumbente eo in domo: et ec-
ce multi publicani et peccatores
venientes discumbebant cum ie-
su et discipulis eius. Et videntes
pharisei dicebant discipulis eius.
Quare cum publicanis et pecca-
toribus mādúcat magister vester
At iesus audiēs: ait. Non est op⁹
valentibus medicus: sed male ha
bentibus. Euntes autem discite
quid est misericordiam volo: et non sacrifici
um. Non eni veni vocare iustos:
sed peccatores. Credo. Offr. Po
suisti domine in capite eius coro-
nam de lapide precioso: vitā petiit
et tribuisti ei alleluya. Secreta.
S Upplicationibus beati ma-
thei apostoli tui et euāgeli-
ste quesumus dñe ecclesie tue com
mendetur oblatio: cuius magnifi
cis pdicationibus eruditur. Per
dñm. Alia secreta de sācto laudo.
S Icut beatum laudum con-
fessorē tuum atq̧ pōtificem
domine ad eternam gloriam trā
stulisti sic ipsius meritis q̄s ad sa
lutem nostram hāc presentem sā
ctifica hostiam. Per do. Prefatio
Et te dñe. Non dicitur i hac prefa
tione. Per beatos apostolos. Cō
Magna est glia eius in salutari
tuo: gloriamq̧ magnū decorem im
pones super eum domine. P⁹cō.
S Umpsimus domine venera
bile sacramentum beati ma
thei apli tui et euangeliste festiui
tate letātes: q̄s vt suis pcib⁹ glio
sis: et credendum nobis iugiter po
stulet et sequendum vbis euange
lista quod predicauit et docuit. p.

Alia postcõmunio de sancto laudo
Refecti mense celestis colla-
tione q̃s dñe deus noster: vt
intercessione beati laudi confesso
ris tui atq; pontificis cuius vene-
ramur solennia: ab oĩ nos semper
aduersitate defendas. p. ¶ Sancti
maricii sociorũq; eius mar. officiũ.
Intret in conspectu tuo
dñe gemitus compeditorum
rum redde vicinis nr̃is se
ptuplum in sinu eorum:
vindica sanguinẽ sctõꝝ tuorũ qui
effusus est. ps. Deus venerũt gen
tes in hereditatẽ tuã: polluerũt tẽ
plum sanctũ tuũ: posuerunt hieru-
salẽ in pomorũ custodiã. Oratio.
Annue q̃s oĩps deus: vt nos
sanctõꝝ martyrũ tuoꝝ mauri-
cii / exuperii / candidi / victoris / in
nocentii et vitalis sociorũq; eorũ
hec in letificet festiua solẽnitas: vt
quorũ suffragiis nitimur: natali-
ciis gloriemur. p. Epla. Sancti p fidẽ
in cõi fo vi. Gr. Gloriosus deus in sã
ctis mirabilis i maiestate faciẽs p
digia. v. Dextera tua dñe glificata
ta ẽ i virtute: dextera manus tua
confregit inimicũ. All. v. Te martyrũ
cãdidatus laudat exercitus dñe. Seq.
Ecce pulchra. in cõi. fo. vii. Euã.
Descẽdẽs iesus de mõte. in cõi fo.
viii. Offer. Letamini i dño et exulta
te iusti: et gloriami oẽs recti corde. Se.
Presentes hostias dñe q̃s
merita gloriosa martirũ the-
beoꝝ tibi reddãt acceptas: pro q̃
tibi precioso sãguine sũt dicate: p
Cõio. Iustorũ aĩe i manu dei sũt
et non tanget illos tormentũ ma
licie. visi sũt oculis insipiẽtiũ mori
illi autem sunt in pace. Postcõio.
Sumptis dñe celestibus sa-
cramentis q̃s vt intercessio
ne sctõꝝ martyrũ thebeorũ cõsequi
mereamur veniã delictorũ. Per.
¶ Sctẽ tecle virginis nõ mar. officiũ
Loquebar de testimo-
niis tuis in cõspectu re
gũ et nõ confundebar: et
meditabar in mãdatis
tuis q̃ dilexi nimis. ps. Beati immacula
ti i via: q̃ ambulant i lege dñi. Or.
Omnipotens sempiterne deus auctor
virtutis et amator virgini-
tatis: da nobis q̃s sctẽ tecle virgi-
nis tue placitis tibi meritis cõmẽ
dari: cuius vita merito castitatis ti-
bi cõplacuit. p. Epla. Qui gloriatur
in cõi fo. xv. Gr. Dilexisti iusticiã
et odisti iniquitatẽ. v. Propterea vn-
xit te deus deus tuus oleo leticie. All.
v. Emulor enim vos dei emulatiõe de
spondi enim vos vni viro virginẽ castã
exhibere xpo. Euã. Simile est regnũ
celoꝝ de. in cõi fo. xv. Offer. Offerẽ
tur regi virgines post eam proxi-
me eius offerentur tibi. Secreta.
Offerimus tibi dñe preces et
munera in honore sctẽ tecle
virginis tue gaudentes: presta q̃s
vt et conuenienter hec agere: et re
medium sempiternum valeamus
acquirere. Per. Cõio. Simile est
regnũ celoꝝ homini negociatori
querẽti bonas margaritas inuẽta
vna preciosa margarita dedit oĩa
sua et comparauit eã. Postcõio.
Prosint nobis dñe q̃s sum-
pta misteria pariterq; nos
intercedente btã virgine tua tecla
et a pctis exuant: et presidiis tue
propiciationis attollant. Per do.
¶ Sancti firmini epi et mar. Officiũ
Sacerdotes dei benedici
te dominum: sancti et hu
miles corde laudate deũ
ps. Benedicite omnia ope
ra domini domino: laudate et su-
perexaltate eũ in secula. Oratio

DEus qui sctã nobis huius
diei leticiã pro cõmemora-
tione bti firmini martyris tui at-
q pontificis fecisti: adesto familie
tue precib⁹: et da vt cui⁹ hodie fe-
sta celebramus: eius meritis et in
tercessionibus adiuuemur Per. d.
Epla. Omnis pontifex in cõi fo. v.
Gr. Iurauit dñs et nõ penitebit
eũ: tu es sacerdos i eternũ scdz or-
dinẽ melchisedech. ℣ Dixit dñs do
mino meo sede a dextris meis. Al.
℣. Inueni dauid seruũ meũ: oleo
sctõ meo vnxi eũ. Euã. Circuibat
iesus. i cõmuni. fo. v. Offr. Inue-
ni dauid seruũ meũ et in oleo san
cto vnxi eũ man⁹ eni mea auxilia
bit ei et brachiũ meũ confortabit eũ.

INtende propicius qs (Sec.
domine oblata tibi hec mu-
nera: et deprecatione beati firmi-
ni martiris tui atq pontificis i cu
ius ea commemoratiõe deferim⁹
nos ipsos eademq sanctifica Per
dominũ. Cõ. Domine quinq talẽ
ta tradidisti michi: ecce alia quin-
q superlucratus sũ euge serue fidelis
qr i pauca fuisti fidelis supra multa
te cõstituã intra in gaudiũ dñi tui.

SUmpsimus dñe in sã (P⁹cõ.
cti martyris tui atq ponti-
ficis firmini solennitate celestia
sacramẽta: cuius suffragiis: que-
sumus largiaris: vt quod tempo-
raliter gerimus: eternis gaudiis
consequamur. Per dominũ nrm.
¶ Sancti cypriani episcopi et iu-
stine virginis martyrũ. Officium.

SAlus autem iustorũ a
dño et protector eorũ est
in tpe tribulationis. Ps
Noli emulari in mali-
gnãtib⁹: neq zelaueris facientes i-
niquitatẽ. Oratio de cõmuni folio
vi. vel dicatur sequens oratio.

BEatorum martyrũ tuorum
cypriani et iustine nos dñe
foueant continuata presidia quia
nõ desinis propicius intueri quos
talibus auxiliis concesseris adiu-
uari. Per dominum. Epystola.
Iusti autem in perpetuum. in cõi
folio vi. Gr. Uindica domine san
guinẽ sctorũ tuorum qui effusus
est. ℣. Posuerunt mortalia seruo-
rum tuorũ escas volatilibus celi
carnes sanctorũ tuorũ bestiis ter-
re. Al. ℣. Iusti epulentur et exultẽt
in conspectu dei: et delectentur in
leticia. Euangelium. Cum perse
quentur i in cõi folio viii. Offr. Ex
ultabũt sancti in gloria letabun-
tur i cubilibus suis: exultationes
dei in faucibus eorum. Secreta.

SAnctorum martyrum tuo-
rum cypriani et iustine tibi
grata confessio: et munera nostra
commendet: et tuam nobis indul
gentiam semper imploret. Per do
minum. Cõio. Multitudo lãgu
tium: et qui vexabantur a spiriti-
bus immundis veniebãt ad eũ: q
virtus de illo exibat et sanabat oẽs

PResta qs oĩps deus (P⁹cõ.
vt sanctorũ martyrũ tuorũ
cypriani et iustine deprecationib⁹
sacramenta que sũpsimus ad tue
nobis proficiant placationis aug
mentum. Per dñm. ¶ Sanctorũ
cosme et damiani. Ad missã. Off.

SApientiam sanctorũ nar
rant populi et laudem
eorũ nunciat ecclesia: no
mina aũt eorũ viuent i
seculũ seculi. Ps. Exultate iusti in
dño rectos decet collaudatio. Or.

MAgnificet te dñe sanctorum
martyrũ tuorũ cosme et da
miani beata solennitas qua et illis
gloriam sempiternã: et opem nobis

Hieronymi presbyteri

ineffabili prouidentia contulisti.
Per dnm. Epystola. Benedictus
deus. in cōi fo. iiij. Gr. Clamaue
rūt iusti et dns exaudiuit eos et ex om
nibus tribulationib⁹ eorum liberauit
eos. ℣. Iuxta est dns his q̄ tribula
to sūt corde: et humiles spiritu salua
bit. Allā. ℣. Vox exultationis et sa
lutis in tabernaculis iustorū et de
ducet illos in via mirabili Euāg.
Eleuatis iesus oculis. in cōi folio
vij. Offertoriū. Gloriabuntur in te
oēs q̄ diligūt nomē tuū qm̄ tu dn̄e
bn̄dices iusto dn̄e vt scuto bone
voluntatis tue coronasti nos. Secr.

IN tuorū dn̄e preciosa mor-
te iustorū sacrificiū illud of
ferimus de quo martyrium sūpsit
omne principium quod ⁊s propicia
tionis tue nobis munus obtine-
at. Per d. Cōio. Posuerūt morta
lia seruorum tuorum dn̄e escas volatilibꝫ
celi carnes sctōrum tuorum bestijs terre
scdm magnitudinē brachij tui pos
side filios morte punitorum. P⁹cōio

SIt nobis dn̄e libatio sacra-
mēti tui certa saluatio: que
a beatorū martyrū tuorū cosme
et damiani meritis imploratur.
Per dominum. ¶ In festo sancti
michaelis archangeli. Officium.

BEnedicite dn̄m omnes
angeli eius potētes vir-
tute qui facitis verbum
eius ad audiendam vo-
cem sermonum eius. Ps. Benedic
aīa mea dn̄o: et oīa q̄ intra me sūt
nomini sanctō ei⁹. Kyrie rex splē-
dens. cum suis versibus. Oratio.

DEus qui miro ordine ange-
lorum ministeria hominū
q̄ dispensas: concede propicius:
vt quibus tibi ministrantibus in
celo semper assistitur: ab his in ter
ra vita nostra muniatur. Per do-
minum. Lectio libri apocalips beati
iohannis apostoli. i. capitulo.

IN diebus illis. Significa-
uit iesus que oportet fieri ci-
to: loquens per angelū suū seruo
suo: iohāni qui testimoniū perhi-
buit verbo dei: et testimoniū iesu
christi in his quecunq̄ vidit. Bea-
tus qui audit et q̄ legit verba pro
phetie huius: et seruat ea que in ea
scripta sunt. Tēpus enim prope est.
Iohānes septē ecclesijs que sunt
in asya gratia vobis et pax ab eo
qui est et q̄ erat et q̄ ventur⁹ est. Et
a septē spiritibus qui in conspectu
throni eius sunt: et a iesu xp̄o qui
est testis fidelis: p̄mogenitus mor
tuorū: et princeps regū terre. Qui
dilexit nos et lauit nos a peccatis
nostris in sanguine suo. Gr. Be-
nedicite dn̄m oēs angeli eius potē
tes virtute qui facitis verbū eius.
℣. Benedic aīa mea dn̄o: et omnia
interiora mea nomen sanctū eius.
Alleluya. ℣. In cōspectu angelorum
psallā tibi dn̄e deus meus. Seq̄.

AD celebres rex celice laudes
cuncta. Pangat nunc cano
ra caterua simphonia. Odas at-
q̄ soluat concio tibi nostra. Cum
iam renouantur michaelis incli-
ta laude festa. Per quem letabun
da perornatur machina mūdi to-
ta. Nouies distincta pneumatum
sunt agmina per te facta. Sed cū
vis facis hec flaminea per angeli
cas officinas. Inter primeua sunt
hec nam creata tua cū simus nos
vltima factura, sed ymago tua.
Theologa cathegorisent symbo
la nobis hec terctipartita per pri-
uata officia. Plebs angelica pha-
lanx et archāgelica principās tur
ma virtus vranica ac potestas al-
miphona. Dominantia numina

diuinaq; subsellia cherubin ethe-
rea ac seraphin ignicoma. Uos o
michael celi satrapa gabrielq; ve-
ra dans verbi nūcia. Atq; raphael
vite vernula conferte nos inter
paradisicolas. Per vos pris cun-
cta complentur mandata que dat
Eiusdem sophia compar q̄q; pneu
ma vna permanens in vsya. Cui
estis administrātia deo milia mi-
lium sacra Uices p̄ bis quinas his
atq; quingenta dena Cētena mil-
lena assistunt in aula ad quam rex
ouem cētesimā. Uerbigenā drag-
māq; decimā vestra duxit super al
gamata. Uos per etherea nos p̄
rura dena Pars electa armonie vo
ta demus yperlirica cythara. Ut
post bella michaelis inclita. Nta
deo sint accepta aureā circa aram
thimiamatha. Quo in celesti iam
gloria. Condecantemus alleluya
Secundum matheum. xviii.

In illo tempore. Accesserunt
discipuli ad iesum: dicentes
Quis putas maior est in regno ce
lorū? Et aduocans iesus paruu-
lum: statuit eum in medio eorū et
dixit. Amen dico vobis: nisi con-
uersi fueritis et efficiamini sicut
paruuli: non intrabitis in regnū
celorum. Quicunq; ergo humilia
uerit se sicut paruulus iste: hic est
maior in regno celorum. Et qui su
sceperit vnū paruulū talē in noīe
meo me suscipit. Qui autem scan-
dalizauerit vnum de pusillis istis
qui in me credunt: expedit ei vt su-
spendat mola asinaria in collo ei⁹
et demergat in profundū maris.
Ue mūdo ab scandalis. Necesse
est enī vt veniāt scandala. Uerū
tamē: ve homini illi per quē scan-
dalū venit. Si aūt manus tua vel
pes tuus scandalizat te: abscide
eū/et proiice abs te. Bonū est tibi
ad vitā ingredi debilē aut claudū
q̄ duas manus vel duos pedes ha
bētē mitti in ignē eternū. Et si ocu
lus tu⁹ scādalizat te: erue eū et proice
ab te. Bonū tibi est cū vno oculo
in vitā intrare: q̄ duos oculos ha
bentē mitti in gehennā ignis. Ui-
dete ne cōtēnatis vnū ex his pusil
lis. Dico enī vobis: q2 āgeli eoꝝ in
celis semp̄ vident faciē patris mei
qui ī celis est. Credo. Offr. Stetit
iuxta arā tēpli habēs thuribulum
aureū in manu sua et data sūt ei
incēsa multa ꝑ ascēdit fumus aro-
matum in ꝯspectu dei allā. Sec.
Munus ppl'i tui q̄s domīe di-
gnanter assume: qd̄ tibi non
nr̄is meritis: sꝫ scti archangeli tui
michaelis oīmq; beatorū spirituū
deprecatione sit gratū. Per. Pre
fatio quotidiana. Cōio. Benedicite
omēs angeli dn̄i dn̄o: hymnū dici
te et superexaltate eū ī secula. P⁹cō
Beati archāgeli tui michae-
lis intercessione suffulti sup
plices te dn̄e deprecamur vt quos
honore ꝓsequimur: cōtingamus
et mente. Per. ¶ Sancti hieroni
mi presbiteri et doctoris. Officiū.
Sacerdotes dei benedici
te dominum: sācti ꝑ hu
miles corde laudate deū
ps. Benedicite omnia
opera domini domino: laudate ꝑ
superexaltate eū in secula. Oratio.
Deus qui nobis per beatum
hieronimū confessorē sacer-
dotemq; tuū scripture scte verita-
tem et mistica sacramenta reuela
re dignatus es: cōcede q̄s: vt cui⁹
natalicia colimus/eius semper et
erudiamur doctrinis ꝑ meritis ad
iuuemur. Per dn̄m. Epla. Dedit
dn̄s. in cōi. fo. xi. Gr. Iurauit dn̄s

tunc penitebit eum: tu es sacerdos i eternum: secundum ordinem melchisedech. All'a. ỽ. Posuisti adiutorium super poten tem et exaltaui electum de plebe mea. Oratio. Adesto nobis i cõi co. x. Euã. Uos estis sal terre. In cõi co. xii. Credo dicit. Offer. Inueni dauid seruum meum: et in oleo sancto vnxi eum: manus ei mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. Se.

Clementia tua dñe q̃s mu- nera nostra dignanter respi- ciat: et beati hieronimi cõfessoris et sacerdotis tui deprecatione per hec eadem nos placatus purifica. p. Cõio. Dñe quinq3 talẽta tradidisti michi ecce alia quinq3 superlucratus sum euge serue fidelis: qz i pauca fuisti fidelis supra multa te cõstituã: in tra i gaudium domini tui. Postcõio

Presta dñe q̃s vt ecclesiam tuam beatus sacerdos hiero- nimus et fidei doctrinis erudiat et eruditam diuinis misteriis di- gnam pia intercessione efficiat. p.

Sanctorum remigii / germani ve- dasti et bauonis epõrum. Officium.

Sacerdotes ei' induant salutare: et sancti eius ex ultatione exultabunt. ps. Memento dñe da- uid: et oĩs mansuetudinis eius. Or.

Exaudi q̃s dñe populum tuum cum sanctorum cõfessorum tuorum / re- migii germani vedasti / et bauo- nis epõrum tibi patrocinio suppli- cantẽ: vt et temporalis vite nos tribu- as pace gaudere: et eternum reperire subsidium. Per dominum. Memo ria de sancto melore mar. Oratio

Adesto dñe supplicationib' nostris: et intercessione beati meloris martyris tui perpetuam nobis misericordiam benignus impende. p. Eplã. Plures facti sunt in cõi. co xiii. Gr. Sacerdotes eius induãt salutare: et sancti ei' exultatiõe exul tabunt. ỽ. Illuc producã cornu dauid parauí lucernã xpo meo. All'a. ỽ. Fulgebunt iusti: et tamq̃ scintille i arundineto discurrent in eternum. Nulla dicitur sequentia. licet ix. l. habeãtur. Euãge. Sint lumbi. in cõi kof. xiii. Offer. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur i cubilibus suis exulta- tiones dei in faucibus eorum. Secre.

Preces nostras: quesumus domine et tuorum respice oblationes fidelium: vt tibi gra- te sint in tuorum festiuitate san- ctorum / et nobis conferant tue propiciationis auxilium. Per do. Alia secreta de sancto melore.

Presentia munera domine quesumus serena pietate intuere vt sancti spiritus perfun- dantur benedictione: quatenus illam validius i nostris cordibus dilectionem infundant: per quam sanctus melorus martyr tuus oĩa corporis tormenta deuicit. Per. dñm no. Cõio. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat. Postcõ.

Repleti sacramento repara- tionis humane in festiuita- te sanctorum confessorum tuorum remigii germani vedasti et bauo nis: quesumus domine deus no- ster: vt sicut munera nobis digna ris prebere celestia. sic per eadem tribuas nos dignis inherere cele- stibus. Per dominum nostrum. Alia postcõmunio de sancto melore

Quos refecisti dñe celesti my sterio ab oĩbus q̃s propicia- tus absolue delictis: vt intercedẽn te beato meloro martyre tuo diui no munere purificatis mentibus perfruamur. Per dominum nostrum.

¶ Scti leodegarij epi et mar. offi.
Sacerdotes dei benedici te dnm: sancti et humiles corde laudate deu. ps. Benedicite omia opera domini domino: laudate et super exaltate eum in secula. Oratio.
Deus qui hodierna die beatum leodegarium martyre tuu atq potifice gloria et honore coronasti: tribue nobis propicius vt qui gloria non meremur: indulgentiam ipso interueniente cosequamur. Per. Ad thimo. iij. c. ij.
Carissime. Memor esto iesu christum resurrexisse a mortuis ex semine dauid secudu euangeliu meu i quo laboro vsq ad vincula quasi male operans: sed vbu dei nō est alligatu. Ideo oia sustineo ppter electos: vt et ipsi salute cōsequant q est in xpo iesu cu glia celesti. Tu aut assecut⁹ es mea doctrina: institutione: ppositu: fide: lōganimitate: dilectione: patietia: psecutiones: passiones: qualis facta sut michi anthiochie yconio: lystris: quales psecutiones sustinui: et ex oibus me eripuit dns. Et oes qui volut pie viuere in xpo iesu psecutione patient. Gr. Inueni dauid seruum meu oleo sancto meo vnxi eu: man⁹ eni mea auxiliabit ei/ et brachiu meu confortabit eu. Nichil pficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis nō nocebit ei. Alla. Elegit te dns sibi i sacerdote magnu in pplo suo. Euag. Quibos audit in cōi ko. iiij. Offr. Ueritas mea et mia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu ei⁹. Secre.
Presta qs dne vt beati leodegarij martiris tui atq pontificis suffragio tua in nobis munera tuearis: pro cuius honoranda confessione hostias tibi laudis offerim⁹. Per dn. Cōio. Beatus seruus que cu venerit dns inuenerit vigilantem: amen dico vobis sup oia bona sua cōstituet eu. Postc.
Refecti participatione muneris sacri qs dne de⁹ nr: vt intercedente btō leodegario martire tuo atq pontifice cuius exequimur cultum: sentiamus effectum. Per dnm. ¶ Sancte fidis virginis et martyris. Ad missam. Offi.
Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regu et non confundebar: et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. Psalm⁹ Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. Oratio.
Deus qui presente die beate fidis virginis tue martiriosa cis esse solene: presta ecclie tue: vt cui⁹ meritis glat: ei⁹ precib⁹ adiuuetur. p. Epla. Dne de⁹ in cōi s. iiij. Gr. Specie tua et pulchritudine tua: intende psperre procede et regna. V. Propter veritate et masuetudine et iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. V. Hec est virgo sapiens quam dominus vigilante inuenit. Euange. Simile est regnu celorum thesauro absc. in cōi ko. xiiij. Offr. Offerentur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi. Secreta.
Suscipe domine preces et hostias meritis beate fidis virginis ac martyris tibi dicatas: et concede: vt nobis sint supplicatione salutares cuius sut veneratione solennes. Per. Cōio. Simile est regnu celor homi negociatori querenti bonas margaritas inuenta vna preciosa margarita dedit oia sua et cōparauit eam. Postcōio.

SAcris altaris participatione refecti tuam domine misericordiam suppliciter exoramus: vt qui hec in vrē fidis virginis ꝯ martyris tue veneratiōe percepimus: eius nos confoueri suffragiis sentiamus. Per dominum. ¶ Sanctorum marci marcelli et apulei martyrum. Ad missam Officium.

SAlus autē iustorum a domino: et protector eorū est in tempore tribulationis. Ps. Noli emulari in malignantibus: neq̄ zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

SAnctorū martyrū tuorū marci marcelli et apulei nos dn̄e q̄s beata merita prosequātur ꝯ tuo semꝑ faciāt amore feruētes. Per. Epla. Sancti per fidē in cōi fo. vi. Gr. Iustorū aīe in manu dei sunt: et non tanget illos tormentū malicie. V. Visi sunt oculis insipiētiū mori: illi autem sunt in pace. Allā. V. Mirabilis dn̄s noster ī sanctis suis. Euangeliū. Cum audieritis in cōi fo. viii. Offr. Exultabunt sācti in gloria: letabuntur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta

MAiestatē tuā nobis domine q̄s hec hostia placatam reddat imolāda: tuorū digna postulatione sanctorum in quorum commemoratione defertur. Per dn̄m Cōio. Iustorū anime in manu dei sunt: et nō tanget illos tormentum malicie visi sunt oculis insipiētiū mori illi autē sūt in pace. Postcōio

SAcramentis quesumus domine muniamur acceptis: et sanctorum martyrum tuorum marci marcelli et apulei meritis contra irruentes nequicias armis celestibus protegamur. Per dn̄m

¶ Sancti dyonisii sociorūq̄ eius martirum. Ad missam. Officium.

INtret in conspectu tuo domine gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum vindica sanguinem sanctorū tuorū qui effusus est. V. Deus venerūt gētes ī hereditatē tuā polluerūt tēplū sctm̄ tuū posuerūt hierusalē ī pomorū custodiam. Oratio

DEus q̄ hodierna die beatū dionisiū virtute constantie in passione roborasti: quiq̄ illi ad predicandū gentibus gloriā tuā rusticū et eleutherium sociare dignatus es: tribue nobis q̄s ex eorū imitatione pro amore tuo prospera mūdi despicere: et nulla eiꝰ aduersa formidare. Per dominū.

Lectio actuū apostolorum. xvii.

PAulus cum athenis sylam ꝯ thimotheū expectaret incitabatur spiritus eius in ipso vidēs ydolatrie deditam ciuitatem. Disputabat ergo in synagoga cū iudeis et idola colentibus: et in foro ꝑ oēs dies ad eos q̄ audierāt. Quidā autē epicurei et stoici philosophi et dionisiꝰ disserebāt cū eo et q̄dā dicebāt. Quid vult seminator verborū hic disserere? Alii vero dicebant: nouorū demoniorū videt̄ annūciator esse: q̄ iesū et resurrectionē annūciabat eis. Et apprehēsum eū ad ariopagū duxerūt dicētes. Possumus scire q̄ est hec noua (q̄ a te dicit̄) doctrina? Noua enī quedā infers auribus nr̄is volumus enī scire quidnā velit hec esse. Athenienses autem omnes et aduene hospites: cum dyonisio ad nichil aliud vacabant: nisi aut dicere: aut aliquid audire noui. Stans autē paulꝰ in medio ariopagi: ait.

Viri athenienses per oia q̄si supsti
ciosos vos video. Preteriens eni
et vidēs simulachra vr̃a: inveni et
aram in qua scriptū erat. Ignoto
deo. Qđ ergo ignorātes colitis:
hoc ego ānūcio vobis. Deus q̄ fe
cit mūdū ⁊ oia q̄ in eo sunt: hic ce
li et terre cū sit dn̄s: nō in manu-
factis templis habitat: nec mani
bus humanis colitur indigēs ali
quo: cū ipse det oībus vitā ⁊ inspi
rationē ⁊ oia. Fecitq̧ ex vno oē
genus hoim inhabitare sup vni-
versam faciē terre: diffiniens sta-
tuta tp̄a / et terminos habitatio
nis eoꝝ querere deū: si forte attre
ctent eū: aut inveniāt q̄uis nō lon
ge sit ab vno quoq̧ nr̃m. In ipso
eni vivim⁹ ⁊ movemur ⁊ sum⁹: si
cut q̄dā vr̃oꝝ poetarū dixerunt.
Ipsius eni et creatura et gen⁹ su
mus. Genus ergo cū sumus dei:
nō debem⁹ estimare auro aut ar
gento aut lapidi sculpture artis
et cogitationis hoim divinū esse
simile. Et tp̄a quidē hui⁹ ignorā
tie despiciēs de⁹ nūc ānūciat ho
bus: vt oēs vbiq̧ penitētiā agāt:
eo q̄ statuit diē: i qua iudicatur⁹
est orbē in equitate: in viro i quo
statuit fidē prebēs oībus suscitās
eū a mortuis. Cū audissent autē
resurrectionē mortuoꝝ: q̄dā irri-
debant: quidā vero dixerūt. Audie
mus te de hoc iterū. Sic paulus ex
ivit de medio eoꝝ. Quidā vero viri
adherētes ei crediderūt: quibus et
dionisi⁹ ariopagita credidit i dn̄z
iesū xp̄m. Gr. Gloriosus deus in
sc̄tis: mirabilis in maiestate faciēs
prodigia. V. Dextera tua dn̄e glori
ficata est in virtute: dextera man⁹
tua cōfregit inimicū. Allā. V. Iusti
epulētur et exultēt in cōspectu dei:
et delectentur in leticia. Sequētia

Ecce pulchra. in cōi fo. vij. Evan.
Descēdēs iesus de mōte. in cōi fo.
viij. Offr. Letami i dn̄o ⁊ exultate
iusti ⁊ gliami oēs recti corde. Sec.

Offerēdorū tibi munerū deus
auctor et dator: presta q̄s vt
hoc sacrificiū singulare qđ sanctis
tuis in passione cōtulit caritatem
nobis tribuat devotiōis p̄sidiū. p.
Cōio. Multitudo lāguētiū ⁊ q̄ ve
xabāt a spiritib⁹ imūdis veniebāt
ad eū: q̄r virtus de illo exibat et sa
nabat oēs. Postcommunio.

Sumpsimus dn̄e votiua my
steria deprecantes clementiā tuā
vt eorū nobis fiant deprecationē
salutaria: quorum passionis cele-
bramus gloriosa solennia. Per.

Sancti gereonis sociorumq̧
eius martyrū. Ad missam. Offi.

Iusti epulentur ⁊ exultēt
in conspectu dei et dele-
ctentur in leticia. Ps. Ex
urgat deus vt dissipent
inimici eius: et fugiant qui oderūt
eum a facie eius. Oratio.

Presta quesumus domine:
vt sicut sanctorum marty-
rum tuorum gereonis / victoris /
cassij / florentij / sociorumq̧ eorum
nos natalicia celebranda non de
serunt: ita iugiter suffragijs comi
tentur. Per dominū. Epla. San
cti per fidem. in cōi folio. vi. Gr.
Iustorū anime in manu dei sūt et
non tanget illos tormētū malicie
V. Visi sūt oculis insipientiū mo
ri: illi autem sūt in pace. Alleluya.
V. Reddet deus mercedē laborū
sanctorū suorū: et deducet illos in
via mirabili. Euāgeliū. Cum au
dieritis. in cōmu. folio. viij. Offr.
Mirabilis deus in sanctis suis: de⁹
isrl' ipse dabit virtutē ⁊ fortitudinē
plebi sue bn̄dict⁹ de⁹ allā. Secr.

Munera plebis tue domine
quesumus beatorum marty-
rum tuorum gereonis sociorumque
eius fiant tibi grata suffragiis: ut
quorum triumphi tuo nomine pro
feruntur ipsorum digna perficiatur
et meritis. Per. Cōio. Justorum aie
in manu dei sūt et non tāget illos
tormētū malicie: visi sūt oculis insi-
pientiū mori: illi aūt sūt i pace p⁹ cō
Adesto domine populo tuo
cum sanctorum tuorum ge-
reonis / victoris / cassii / florentii/
sociorumque eorum patrocinio sup
plicanti: ut quod propria fiducia
non presumit: suffragantium me
ritis consequatur. p. ¶ Sancti nicasii
sociorumque eius martyrum. Offm.
Sacerdotes ei⁹ induant
salutare: et scti eius ex-
ultatione exultabunt.
ps. Memēto dñe dauid
et omis mansuetudinis eius. or.
Deus qui sanctam nobis hui⁹
diei solennitatem in hono-
re sanctorum tuorum martyrum
nicasii/quirini/et scuuiculi conse-
crasti: adesto familie tue precibus
et dona: ut quorum festa celebra-
mus eorum merito et auxilio suble-
uemur. Per do. Epla Rememo-
ramini. in cōi folio. vi. Gr. Sacer
dotes eius induant salutare: et sā
cti eius exultatione exultabūt. ℣.
Illuc pducā cornu dauid: paraui
lucernā christo meo. All. ℣. Fulge-
bunt iusti et tanquam scintille in arun
dineto discurrent in eternū. Euā.
Cum persequētur vos. in cōi fo.
viii. Offr. Exultabūt scti in glo-
ria: letabūtur i cubilib⁹ suis exul
tationes dei i faucibus eorum. Secr.
Preces domine tuorum respi-
ce oblationesque fidelium: ut
et tibi grate sint pro tuorum ho-
nore sanctorum nicasii / quirini /
et scuuiculi: et nobis cōferant tue
propiciationis auxilium. Per do.
Cōio. Ego vos elegi de mūdo ut
eatis et fructum afferatis et fruct⁹
vester maneat. Postcōmu.
Sanctorum martyrum tuorū
domine nicasii / quirini / et scuui-
culi intercessione placatus: pre-
sta quesumus: ut que temporali
celebramus actione: perpetua sal
uatione capiamus. Per dominū.
¶ In translatione sancti edwar-
di regis et confessoris. Officium.
Gaudeamus oēs in dño
diem festū celebrantes
sub honore edwardi cō
fessoris de cuius transla
tione gaudent angeli et collau-
dant filiū dei. ps. Exultate iusti in
dño rectos decet collaudatio. Or.
Deus qui beatū regē edwar
dum confessorem tuū eter
nitatis gloria coronasti: fac nos
quesumus ita eū venerari in ter-
ris: ut cū eo regnare possim⁹ in celis.
p do. Epla. Iust⁹ cor suū i cōi fo.
xii. Gr. Dñe preuenisti eū i bndi-
ctionib⁹ dulcedinis posuisti i capi
te eius coronā de lapide pcioso. ℣.
Vitā petiit et tribuisti ei lōgitudi
nem dierū in seculū seculi. All. ℣.
Iust⁹ germinabit sicut liliū et flo-
rebit i eternū ante dominū. Seq.
Adest nobis. in cōi fo. x. Euāgeliū
Nemo accendit: in cōi fo. xii. Cre-
do. Offr. Posuisti dñe i capite ei⁹
coronā de lapide pcioso: vitā petiit
et tribuisti ei all. Secreta.
Sacris altaribus assistentes
nos domine quesumus spiritus
sancti luce perfunde: ut quod ti-
bi in honore beati regis edwar-
di deuote offerimus: nobis ipso
interueniente fiat remedium salu

tare. Per dnm. in unitate. Cōio. Magna est gl'ia ei' i salutari tuo: gloriam et magnum decorē impo nes super eum domine. Postcōio.

Vitalis alimonie cōuiuio sa ginati q's deus noster. ut be ati regis edwardi confessoris tui suffragantibus meritis celestis cō uiuij mereamur esse participes. Per. Vel dicuntur ad missam de sancto edwardo in trāslatiōe eius dem he tres orationes. Oratio.

Omnips sempiterne deus: qui be atum regem edwardum sā ctorū collegio sociasti concede ppi cius ut qui gloriose translationis eius recolim' insignia: ipi' apud te sentiamus patrocinia. p. Secr.

Quos bti regis edwardi trāsl latio sancta letificat tua nos dñe gratia reddat letiores: et tri- buat in hoc sacrificio presētie tue dulcedinem toto corde sētire Qui vivis et regnas. Postcommunio.

Ut nobis salutem conferāt sacramenta que sumpsim' beatissimus rex edwardus confes sor tuus dñe pro nobis intercessor existat de cuius veneranda trāsla- tione tribuis nos annua deuotio ne letari. Per dominum nostrum

¶ Sancti calixti pape et mar. offi.

Sacerdotes dei benedici- te dominum: sancti & hu miles corde laudate deū. ps. Benedicite omia ope ra domini domino: laudate et su- perexaltate eum i secula. Oratio.

Deus qui nos cōspicis ex no stra infirmitate deficere ad amorem tuum nos misericorditer per sancti calixti martyris tui atq pontificis exempla restaura. Per. Epla. Doctrinis vns. in cōi folio. v Gr. Inveni dauid seruum meum oleo sancto meo unxi eū man' enī mea auxiliabitur ei: et brachiū me um confortabit eū. V. Nichil pfici et inimicus in eo et filius iniqtatis non nocebit eū. Allā. V. Elegit te dñs sibi in sacerdotē magnum in populo suo. Euangeliū. Vigilate q2 nescitis. in cōi fo. xi. Offr. Veri tas mea & mia mea cū ipso & i noie meo exaltabitur cornu eius. Se.

Mistica nobis domine pro- oblatio que p sancti calixti meritū nos a reatibus nostris ex pediat: et perpetua saluatione cō firmet. Per. Cō. Beatus seruus quē cum venerit dñs inuenerit vi gilantē: amen dico vobis sup oia bona sua constituet eum. Postcō.

Refecti domine q's ut cui' pas sionis memoriā sacramenti participatione recolimus: fidem proficiēdo sectemur. Per. ¶ Sci vulfrāni epi et cōfessoris. Officiū.

Statuit ei dominus te stamentū pacis: et prin cipem fecit eū: ut sit illi sa cerdotii dignitas i eter nū. ps. Misericordias dñi: i eternū cātabo.

Da quesumus ops deus ut beati vulfranni confesso ris tui atq pontificis veneranda solennitas: et deuotionem nobis augeat et salutē. p. Epla. Ecce sa cerds in cōi fo. x. Gr. Dñe preuenisti eū in benedictionibus dulcedi- nis posuisti i capite ei' coronā de lapi de precioso. V. Vitam petiit et tri- buisti et longitudinē dierū in sclm seculi. Allā. V. Justus germinabit sicut liliū: et florebit in eternū an dnm. Secr. de cōi. Adest vel Alma in cōi. fo. x et xi. Euāge. Homo quidā peregre. i cōi. fo. xi. Offr. Veritas mea & mia mea cū ipso: et in noie meo exaltabitur cornu eius. Secr.

Respice q̄s misera populi tui in sancti vulfrāni cōfessoris tui atq; pōtificis honore oblata et tue testificatio veritatis nobis pficiat ad salutē. p. Cōio. Beatus seruus quē cū venerit dn̄s inueuerit vigilantē: amen dico vobis super oīa bona sua constituet eum. Postcō. Uos tuis dn̄e reficis sacramentis scti vulfrāni confessoris tui atq; pontificis attolle benign⁹ suffragiis: vt nr̄e redēptionis effectū et misteriis capiamus et moribus. per. ¶ Scti michaelis in mōte tūba. Officium

Benedicite dn̄m om̄es āgeli ei⁹ potētes virtute qui facitis verbū eius ad audiendam vocē sermonum ei⁹. ps. Benedic aīa mea domino: et oīa q̄ intra me sūt nomini scto eius. Kyrie rex splendens. Et dr̄ absq; versibus. Oratio.

Deus qui miro ordine angelorum ministeria hominū q; dispensas: concede propicius vt quibus tibi ministrātibus in celo semper assistit ab his in t̄ra vita nr̄a muniatur. Per. Lectio libri apocalipsis btī iohānis apostoli. xii.

Factum est prelium magnum i celo. Michael et angeli eius preliabantur cū drachone Et dracho pugnabat / et āgeli ei⁹ et non preualuerūt: neq; locus inuentus est eorū āplius i celo Et proiectus est dracho ille magn⁹ serpēs āntiquus q̄ vocabat dyabolus et sathanas: q̄ seducit vniuersū orbē: et proiectus ē in terrā et angeli eius cū illo missi sūt. Et audiui vocē magnā in celo dicētē Nūc facta est sal⁹ et virtus et regnū dei nr̄i: et potestas xp̄i ei⁹: q2 proiectus est accusator fratrū nr̄orū qui accusabat illos ante cōspectū dei nr̄i die ac nocte. Et ipsi vicerūt illū ppter sanguinē agni: et ppter verbū testimonii sui: et nō dilexerūt aīas suas vsq; ad mortē Propterea letamini celi: et q̄ habitatis i eis. Gr. Benedicite dn̄m oēs āgeli eius potentes virtute q̄ facitis verbū ei⁹. V. Benedic aīa mea dn̄o: et omnia interiora mea nomen sanctum ei⁹. Allā. V. Concussum est mare et cōtremuit terra vbi archāgelus michael descendebat de celo. Non dicitur seq. Euāgeliū. Accesserunt dicipuli. vt supra in alio festo. Credo. Offr. Stetit angelus iuxta aram tēpli habens thuribulum aureū in manu sua et data sunt ei incensa multa et ascendit fumus aromatū in conspectu dei allelupa. Secreta

Munus populi tui q̄s dn̄e dignanter assume: quod tibi non nr̄is meritis: sed archangeli tui michaelis oīmq; btōrum spirituū depcatio beſit grat ū. p. Prefa. quotid. Cō. Bn̄dicite om̄es angeli domini dn̄o: hymnū dicite et superexaltate eū in secula. Postcō.

Beati archāgeli tui michaelis intercessione suffulti supplices te dn̄e deprecamur: vt quos honore prosequimur / cōtingam⁹ et mente. p. ¶ Sctē etheldrede virginis non martyris. Officium.

Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatem: ppterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre cōsortib⁹ tuis. Ps. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opa mea re. Gl. Ora.

Omnipotens sempiterne deus auctor virtutis et amator virginitatis: da nobis quesumus sancte etheldrede virginis tue placitis tibi meritis commen

dari / cuius vita merito castitatis tibi complacuit. Per. Eplã. Qui gloriatur i cõi so. xv. Gr. Dilexisti iusticiã et odisti iniquitatem. Propterea vnxit te deus de⁹ tuus oleo leticie. Allã. ℣. Diffusa est gratia i labiis tuis propterea benedixit te de⁹ in eternũ. Euangeliũ. Simile ẽ reg. ce. decẽ i cõi so. xv. Offer. Offerẽtur regi virgines post eã proxime eius offerentur tibi. Secreta

Offerimus tibi domine preces et munera in honore scẽ etheldrede virginis tue gaudentes: presta quesumus: vt et conuenienter hec agere / et remediũ sempiternum valeamus acquirere. P. Cõio. Diffusa est gr̃a i labiis tuis propterea benedixit te deus i eternũ.

Prosint nobis dñe Postcõio quesumus sumpta mysteria pariterq̃ nos intercedente beata virgine tua etheldreda: et a peccatis exuant: et presidiis tue propiciationis attollant. Per dñm.

Sancti luce euangeliste. Offm

Os iusti meditabitur sapientiã ⁊ lingua eius loquetur iudicium: lex dei ei⁹ i corde ipi⁹. Ps. Noli emulari i malignãtib⁹: neq̃ zelaueris facientes iniquitatẽ. Oratio.

Interueniat p nobis domine quesumus sanctus lucas euangelista qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portauit. P.

Memoria de scõ iusto. Oratio.

Deus qui beato iusto talem fortitudinem tribuisti vt in puerili corpusculo gloriosum pro tuo amore subiret martyrium concede propicius: vt ipsius intercedentib⁹ meritis: ab omnibus nos absoluas peccatis. Per dominum

Eplã. Similitudo vultus. in cõi folio. iii. Gr. Os iusti meditabitur sapientiã ⁊ lingua eius loquetur iudiciũ. ℣. Lex dei eius i corde ipsius et nõ supplantabũtur gressus eius. Allã. ℣ Primus ad syon dicet ecce adsũ: ⁊ hierusalẽ euãgelistã dabo. Sequẽtia. Laus deuota. i cõmuni fol. iii. Euangelium. Designauit dñs. in cõi folio. iii. Credo. Offer. Posuisti dñe in capite eius coronã de lapide precioso vitam petiit a te et tribuisti ei alleluya. Secreta

Donis celestibus da nobis quesumus domine libera mente seruire: vt munera que deferimus interueniente beato luca euangelista et medicinam nobis operentur et gloriam. Per dominum. Alia secreta de sancto iusto.

Sicut diuine potentie gloriã munera pro beati iusti martyrio oblata testantur: sic nobis effectum domine quesumus tue saluationis impendant. Prefatio Et te dñe. Non dicit in hac prefa. Per beatos euangelistas. sed per btõs aplos. Cõio. Magna ⁊ gl'ia eius i salutari tuo: gliã ⁊ magnũ decorẽ ipones sup eũ dñe. Pcõio

Presta quesumus omnipotens deus vt id quod de sãcto altari tuo percepimus precibus beati euangeliste tui luce sanctificet animas nostras per quod semper tui esse possimus. Per do. Alia postcõmunio de sancto iusto

Refecti dñe bñdictione celesti quesumus vt per intercessione btĩ iusti martyris tui medicina sacramenti et corporibus nostris prosit et mentibus. Per dominum nostrum iesum christum.

Sancte fredeswide virginis non martyris. Ad missã. Officium

Dilexisti iusticiā ꝫ odisti iniquitatē: ꝓpterea vnxit te deus tu⁹ oleo leticie pre cōsortibus tuis. ps. Eructauit cor meū verbū bonū dico ego opera mea regi. Or. Omnipotens sempiterne deus auctor virtutis et amator virginitatis/da nobis q̄s scē fredeswide virginis tue placitꝫ tibi meritis cōmendari/cui⁹ vita merito castitatis tibi ꝯplacuit. p. Epla. Qui gloriatur. In cōi ko. xv. Gr. Dilexisti iusticiā et odisti iniqtatem. v. Propterea vnxit te deus deus tu⁹ oleo leticie. Allā. v. Diffusa est grā in labiis tuis: ꝓpterea bñdixit te deus in eternū. Euāg. Simile est reg. ce. decē. In cōlo. xv. Otr. Offerētur regi virgines post eā proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Offerimus tibi dñe preces et munera i honore scē fredeswide virginis tue gaudētes: presta q̄s: vt et cōuenienter hec agere: et remediū sempiternū valeam⁹ acquirere. Per. Coio. Diffusa ē gratia in labiis tuis: propterea benedixit te de⁹ in eternum. Postcōio.

Prosit nobis dñe q̄s sumpta mysteria pariterq̄ nos intercedente beata virgine tua fredeswida: et a peccatis exuāt: et presidiis tue propiciationis attollant Per dñm nostrū iesum christum.

¶ Sanctarum vndecim milium virginum martyrum. Officium.

Vultū tuū deprecabunt oēs diuites plebis: adducēt regi vgines post eā proxime eius adducētur tibi in leticia ꝫ exultatione. ps Eructauit cor meū verbū bonum dico ego opa mea regi. Or.

Deus qui sanctam nobis huius diei solennitatē pro beatarum virginum martyrumq̄ tuarū gloriosa passione fecisti: adesto familie tue precibus et da vt quarū hodie festa celebramus meritis et intercessionibus adiuuemur. Per. Epla. O q̄ pulchra. In cōi ko. xv. Gr. Exultabunt sancti in gloria letabūtur in cubilib⁹ suis. v. Cantate dño cāticum nouū: laus eius in ecclesia sanctorū. Allā. v. Adducentur regi virgines post eā: proxime eius adducētur tibi in leticia. Euang. Simile est reg. celorū de. in cōlo. xv. Otr. Offerentur regi virgines post eam proxime ei⁹ offerentur tibi. Secreta.

Presentia munera q̄s dñe serena pietate intuere: vt sācti spūs perfundātur bñdictione vt in nris cordibus eā dilectionē audius capiamus per quam sancte virgines martyres tue oīa corporis tormenta deuicerunt. Per. Coio. Quinq̄ prudentes virgines acceperunt oleū in vasis suis cū lāpadibus: media aūt nocte clamor factus est: ecce spōsus venit exite obuiam christo domino. Postcōio.

Sumpsimus dñe scārū virginū martyrūq̄ tuarū solennitate celestia sacramēta quarū suffragiis q̄s largiaris: vt quod tpaliter gerimus: eternis gaudiis consequamur Per do.

¶ Sancti romani episcopi ꝯfessoris. Offm.

Statuit ei dñs testamētū pacis ꝫ principem fecit eū: vt sit illi sacerdotii dignitas in eternū. ps. Mias dñi: in eternū cantabo. Or.

Deus cui btūs roman⁹ pontifex ita scītatis grā decoratus cōplacuit: vt tuorū consortium in celis ꝯmereretur scōrū da eccle-

tue qs ei⁹ interuētu ppetuā cōsēq
leticiā: cui⁹ depositionis diē gratu
lādo celebrat solēnē. p. Eplā. Ju-
stū dedu. i cōi fo. x. Gr. Ecce sacer
dos magn⁹ qui in dieb⁹ suis placuit
deo. ℣. Non est inuent⁹ similis illi
qui cōseruaret legē excelsi. Alla. ℣.
Inueni dauid seruū meū: oleo scō
meo vnxi eū. Euāge. Uigilate q:
nescitis. i cōi fo. xi. Offe. Ueritas
mea z mia mea cū ipso z i noīe meo
exaltabitur cornu eius. Secreta.
Sacrificiū deuotionis nostre
ops de⁹ clementer respice et
itercessione btī romani cōfessoris
tui atq pōtificis: p hoc nobis salu
tē mētis z corporis benign⁹ ipēde
p. Cō. Fidelis seru⁹ z prudēs quē
cōstituit dñs sup familiā suā vt det
illis in tpe tritici mēsurā. Postco.
Concede qs dñe deus noster
vt misteria scā q sūpsimus
intercedente btō romano cōfesso-
re tuo atq pontifice et gratiā no-
bis deuotionis obtineant et effe-
ctum beate perēnitatis acqrāt. p.
Sctōr crispini et crispiniani. Offm.
Salus autem iustorum a
dño: et ptector eorū est
in tpe tribulatiōis. Ps.
Noli emulari in mali-
gnātib⁹: neq zelaueris faciētes iniq
Deus q scīs martiri(tatē. Or.
bus tuis crispino et crispini
ano coronā martyrii pstitisti cōcede
qs vt eor itercessiōe veniā cōsequa
mur delictor: z eterna gaudia bea
tor. p. Mēoria de trāslatione scī
iohīs de beuerlaco epī z cōfessoris
Deus q hūc diē scīssimi(Op
iohānis confessoris tui atq
pontificis trāslatiōe decorasti: fac
nos qs ei⁹ meritis z pcib⁹ in scōr
ū tuor societate trāsferri. Per d.
Eplā. Spectaculū scti. i cōi fo. vii

Gr. Ecce q bonū z q iocūdū hita
re fratres i vnū. ℣. Sicut vnguētū
i capite qd descēdit i barbā: barbā
aarō. Alla. ℣. Justi epulētur z exul
tēt in cōspectu dei: et delectētur in
leticia. Seq. Ecce pul. i cōi fo. vi
Euāg. Ecce ego mitto. in cōi fo. x
Offr. Gloriabuntur in te oēs qui
diligūt nomen tuū qm tu dñe be-
dices iusto dñe vt scuto bone vol
tatis tue coronasti nos. Secreta.
Concede qs ops de⁹: vt his
muneribus q pro sctōr marti
rū tuor crispini et crispiniani ho-
nore deferimus: et te placemus ex
hibitis z nos viuificemur accepti.
Per. Alia secreta de scto iohāne
Respice qs dñe propicius ad
humilitatis nre simplicem ser
uitutē et itercedēte beato iohāne
cōfessore tuo atq pontifice cuius
translationem celebramus: ho
stias quas in honore huius sacris
altaribus immolatus benignus
assume. Per dñm. Cōio. Et si co-
ram hominibus tormēta passi sūt
deus tentauit eos tanq aurum in
fornace probauit eos: z qsi olocau
sta accepit illos. Postcommunio.
Sanctorum martyrum tuorum
crispini et crispiniani que-
sumus domine precibus adiuue-
mur: et eorum solennia sacris mi
sterijs celebrantes fac nos tuo no
mini semper esse deuotos. Per d.
Alia postcōio de sancto iohanne.
Presta nobis domine que-
sumus beati iohannis con-
fessoris tui atq pontificis meritis
et precibus adiuuari vt qd presēti
bus celebramus officijs: eius suf
fragio perpetue saluationis gau-
dijs assequamur. Per dominum.
¶ In vigilia apostolorum symo-
nis et iude. Ad missam. Officium.

Intret in conspectu tuo domine gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum vindica sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. ℣. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam polluerunt templum sanctum tuum posuerunt hierusalem in pomorum custodiam. Or.

Concede quesumus omnipotens deus ut sicut apostolorum tuorum symonis et iude gloriosa natalicia preuenimus: sic ad tua beneficia promerenda/maiestatem tuam pro nobis ipsi preueniant. Per dominum. Epla. Iustorum anime in commune folio. vi. Gr. Vindica domine sanguinem sanctorum tuorum qui effusus est. ℣. Posuerunt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus celi carnes sanctorum tuorum bestiis terre Si hec vigi. in dnica euene. Alla. ℣. Sancti tui domine florebunt sicut lilium & sicut odor balsami erunt ante te. Euā. Ego sum vitis vos pal. in commune folio. l Offer. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta

Accepta tibi sit quesumus domine nostre deuotionis oblatio: & ad apostolicam puriores nos faciat peruenire festiuitatem. per. Prefa. cotidia. Cō. Iustorum anime in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum malicie visi sunt oculis insipientium mori illi autem sunt in pa

Quesumus domine salutaribus repleti misteriis: ut quorum ieiunando solennia preuenimus eorum oronibus adiuuemur Per dominum. ¶ In die apostolorum symonis et iude. Ad missam. Officium

Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. Ps. Domine probasti me & cognouisti me tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Oratio.

Deus qui nos per beatos apostolos tuos symonem & iudam ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: da nobis eorum gloriam sempiternam et proficiendo celebrare: et celebrando proficere. Per dominum. Ad romanos. viii.

Fratres Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos presciuit et predestinauit conformes fieri ymaginis filii sui: ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem predestinauit hos et vocauit. Et quos vocauit: hos et iustificauit. Quos autem iustificauit: illos et magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec Si deus pro nobis: quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus iesus qui mortuus est immo qui & resurrexit qui & ad dexteram dei: qui etiam interpellat pro nobis Quis ergo nos separabit a charitate christi? Tribulatio/an angustia/an /persecutio/ an fames/an nuditas/an periculum/an gladius? Sicut scriptum est Quia propter te mortificamur tota die estimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos Certus sum enim: quia neque mors/neque vita/neque angeli: neque principatus: neque potestates/neque virtutes/neque instantia/neque futura / neque fortitudo/ neque altitudo / neque profundum neque creatura alia poterit nos separare a caritate dei. Que est in christo iesu domino nostro. Gr.

Nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. V. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur. All. V. Non vos me elegistis sed ego vos elegi et posui vos ut eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat. Seq. de com. fo. ii. Euangelium. Hec mando. in com. fo. ii. Credo. Offer. In omnem terram exiuit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum. Secreta.

Gloriam domine sanctorum tuorum apostolorum symonis et iude perpetuam venerantes: quesumus ut eadem sacris misteriis expiati: dignius celebremus. p. Prefa. Et te domine. Co. Vos qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel dicit dominus. Postcommunio

Sanctificato diuino mysterio quesumus omnipotens deus: ut pro nobis eorum non desit oratio quorum nos dona sunt patrocinio gubernari. Per.

¶ In vigilia omnium sanctorum. Officium

Timete dominum omnes sancti eius quoniam nichil deest timentibus eum: diuites eguerunt et esurierunt inquirentes autem dominum non deficient omni bono. Ps. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Or.

Domine deus noster multiplica super nos gratiam tuam: et sanctorum tuorum quorum preuenimus gloriosa solennia tribue subsequi in sancta professione leticiam. p. Nulla fiat memoria. Lectio apoc. aliplsis. b. ioh. apostoli. v. c.

In diebus illis: Ecce ego iohannes vidi in medio throni et quattuor animalium: et in medio seniorum agnum stantem tanquam occisum habentem cornua septem et oculos septem: qui sunt septem spiritus dei missi in omnem terram. Et venit et accepit de dextera sedentis in throno librum. Et cum aperuisset librum: quattuor animalia: et viginti quattuor seniores ceciderunt coram agno: habentes singuli cytharas et phialas aureas plenas odoramentorum: que sunt orationes sanctorum. Et cantabant canticum nouum dicentes. Dignus es domine deus noster accipere librum: et aperire signacula eius quoniam occisus es: et redemisti nos deo in sanguine tuo ex omni tribu et lingua et populo et natione. Et fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotes: et regnabunt super terram. Et vidi: et audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni et animalium et seniorum et erat numerus eorum milia milium voce magna dicentium et clamantium. Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem: et diuinitatem / et sapientiam / et fortitudinem et honorem / et gloriam / et benedictionem in secula seculorum. Gr. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. V. Cantate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum.

Si hec vigilia in dominica euenerit dicetur missa de vigilia in capitulo cum hoc All. V. Mirabilis deus in sanctis suis. et tunc ad magnam missam querit de dominica: fiat memoria de sancto quintino cum hac oratione Deus qui ecclesiam. Quere post illud officium. Secundum iohannem. xvii.

In illo tempore: Respiciens iesus in discipulos suos dixit Pater sancte: serua eos in nomine tuo quos dedisti michi: ut sint unum sicut et nos. Cum essem cum eis: ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti michi ego custodiui: et nemo ex eis periit nisi filius perditionis ut scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio: et hec loquor in mundo ut habeant gaudium meum impletum in

semetipsis. Ego dedi eis sermonẽ meum et mũdus eos odio habuit quia non sunt de mundo sicut ⁊ ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. De mundo nõ sũt sicut et ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundũ : et ego misi eos in mundũ Et pro eis ego sanctifico meipsũ: vt sint ⁊ ipsi sanctificati in ver tate. Non pro his aũt rogo tantũ: sed ⁊ pro his q̃ credituri sũt per verbũ illorum in me: vt om̃es vnum sint : sicut tu pater in me et ego in te : vt et ipsi in nobis vnum sint : vt credat mũdus quia tu me misisti. Et ego claritatẽ quã dedisti michi dedi eis: vt sint vnũ sicut et nos vnum sumus. Ego in eis et tu in me: vt sint cõsũmati in vnum Et cognoscat mũdus quia tu me misisti et dilexisti eos : sicut et me dilexisti. Pater quos dedisti michi volo vt vbi sum ego et illi sint mecum: vt videant claritatem meam quam dedisti michi : quia dilexisti me ante mũdi constitutionẽ. Pater iuste mũdus te non cognouit ego aũt te cognoui. Et hi cognouerunt quia tu me misisti: et notũ feci eis nomen tuum: et notum faciã : vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit: et ego in eis. Offer. Letamini i dñō et exultate iusti et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Altare tuũ dñe muneribus cumulamus oblatis: da quesumus vt ad salutem nostram omnium sanctorũ tuorum precatione proficiant: quorum solennia ventura precurrimus. Per. Communio. Iustorum anime in manu dei sunt: et non tanget eos tormentũ malicie: visi sunt oculis insipientiũ mori: illi autem sunt i pace. Postcõmunio.

Sacramentis domine et gaudiis optate celebritatis expleti quesumus vt eorum precibus adiuuemur quorũ recordationibus exhibẽtur. Per. ¶ De sancto quintino martire. Oratio.

Deus qui ecclesiam tuam annua beati quintini martiris tui solennitate letificas : concede propicius: vt qui memoriã illius digna seruitute veneramur: intercessorem eum sẽp apud te habere mereamur. Per dñm. Secreta.

In veneratione beati quintini martyris tui om̃s deus tibi laudis hostiam immolamus orantes: vt ipse pro nobis intercessor existat qui pro tuo nomine gloriosa morte occubuit. P. Postcõio

Percipiat domie quesumus plebs tua intercedente btõ quintino martire tuo misam quã deposcit: vt semper tuis dignam ueniatur sacramentis. Per.

¶ In die om̃ sanctorum. Officiũ



Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrãtes sub honore sanctorũ omnium de quorum solennitate gaudẽt angeli et collaudant filium dei. Ps. Exultate iusti i dñō rectos decet collaudatio. Or.

Omnipotens sempiterne deus qui nos omnium sanctorum suorũ merita sub vna tributisti celebritate venerari quesumus vt desideratam nobis tue propiciationis abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris. Per dominum nostrum iesum christũ filium tuum. Lectio libri apocalipsis beati iohannis apostoli. vii.

Ecce ego iohannes vidi al-
terū angelum ascendentem
ab ortu solis habentem signū dei
viui. Et clamauit voce magna q̄t-
tuor angelis: quibus datum est
nocere terre et mari: dicēs. Nolite
nocere terre et mari: neqȝ arbori-
bus: quoadusqȝ signemus seruos
dei nr̄i in frōtibus eorū. Et audiui
numerū signatoꝝ centum quadra
ginta quattuor milia signati ex oī
tribu filiorum isrl̄. Ex tribu iuda
duodecim milia signati. Ex tribu
rubem: duodecim milia signati.
Ex tribu gad: duodecim milia si-
gnati. Ex tribu asser: duodecim
milia signati. Ex tribu neptalim
duodecim milia signati. Ex tribu
manasse: duodecim milia signati.
Ex tribu symeō: duodecim milia
sinati. Ex tribu leui: duodecim
milia signati. Ex tribu ysachar
duodecim milia signati. Ex tribu
zabulon: duodecim milia signati.
Ex tribu ioseph: duodecim milia
signati. Ex tribu bēiamin: duode
cim milia signati. Post hec vidi tur
bam magnam quam dinumerare
nemo poterat ex oībus gentibus
et tribubꝰ et pp̄lis et liguis stātes
ante thronum et in cōspectu agni
amicti stolis albis: et palme in ma
nibus eorum. Et clamabant voce
magna dicentes. Salus deo nr̄o:
qui sedet super thronum et agno.
Et oēs angeli stabant in circuitu
throni et seniorū: et q̄ttuor aialiū.
Et ceciderūt in cōspectu throni in
facies suas et adorauerūt deū: di-
cētes amē. Bn̄dictio et claritas et sa
pientia: et grāꝝ actio: honor et
virtus et fortitudo deo nr̄o in scl̄a
scl̄oꝝ amen. Gr. Timete dn̄m oēs
scī eiꝰ: qm̄ nichil deest timētibꝰ eū
Vꝰ Inquirentes aūt dn̄m non de
ficiēt oī bono. All'a. V. Judicabūt sc̄i
nationes et dn̄abunt pp̄lis. et regna
bit illoꝝ rex i eternum. Sequētia

Christo inclito candida nr̄a
canant melodiam agmina.
Laudes omnibus dantia sc̄is per
hec sacra festalia. Maria primum
vox sonet nostra per quem nobis
vite sunt data pmia. Regina que
es mater et casta: solue nostra per
filium peccamina. Angelorum cō-
cio sacra: et archangelorum tur-
ma iclita Nostra diluant iam pec-
cata prestando supera celi gaudia
Tu propheta preco lucerna atqȝ
plusqȝ propheta. In lucida nos
pone via mundās nostra corpora.
Apostolorum princeps atqȝ cūcta
iīcta caterua. Iā corrobora vera
quesumꝰ i doctrina plebis pectora
Stephane gl'iose rutilans in coro
na sanctorumqȝ martirum turma
inclita. Fortia date corda corpora
eū firma sacra: vt hostem vincans
rite spicula. Martine inclite pre-
sulumqȝ omnis caterua. Suscipe
nūc pia modo nr̄a clemēs precata
Regina virginum premaxima tu
mater incorrupta virgoqȝ grauida
Sacrata dn̄o et castitas nostras
serua animas mundaqȝ corpora.
Monachorū veneranda suffragia
Omniūqȝ sanctorū contubernia.
Per precata assidua nr̄a gubernēt
tēpora. Nosqȝ ducāt ad supna po
loꝝ vera gaudia. Subiūgunt pii
agmina amē redēpta. Euāg. Vi-
dēs turbas iesus. i cōiēo. vii. Off.
Mirabilis deꝰ in sc̄is suis deꝰ isrl̄
ipse dabit virtutē fortitudinē ple
bi sue: bn̄dictus deus all'a. Secr.

Munera tibi dn̄e nr̄e deuotio
nis offerimus que et pro cū-
ctorum tibi grata sint honore san-
ctoꝝ: et nobis salutaria te misera

te reddant. p. Prefatio quotidiana. Cōio. Gaudete iusti in dño al. rectos decet collaudatio alle. ⁹ch

Quesumus dñe fidelibus populis pro huius sacramēti participatione olim sctōꝝ tuoꝝ semp veneratione letari: et eoꝝ perpetua supplicatione muniri. Per dñm.

In cōmemoratione aiaꝝ. Offm.



Requiem eternā dona eis domine: ꝛ lux perpetua luceat eis. ps. Te decet hymnus deus in syon et tibi reddetur votum in hierusalem: exaudi orationem meam ad te omnis caro veniet. Oratio.

Fidelium deus omnium conditor et redemptor aīabus omnium fidelium defunctorum remissionem cunctorum tribue peccatorum ut indulgentiam quam semp optauerūt piis supplicatiōib⁹ consequantur. Qui cum. Nulla fiat meō ad hāc missā: licet corp⁹ p̄sēs affuerit. Lectio epystole beati pauli apli. Ad thessalonicen. i. iiii.

Fratres: Nolum⁹ vos ignorare de dormiētibus ut non contristemini: sicut ꝛ ceteri q̄ spem non habent. Si eni credimus qd iesus mortuus est et resurrexit: ita et de⁹ eos q̄ dormierūt per iesū adducet cū eo. Hoc eni vobis dicim⁹ in v̄bo dñi qꝛ nos q̄ viuimus: q̄ residui sum⁹ in aduētu dñi nō p̄ueniem⁹ eos q̄ dormierūt. Qm ipse dñs in iussu et in voce archāgeli et in tuba dei descendet de celo et mortui q̄ in xpo sūt resurgēt p̄mi. Deinde nos q̄ viuim⁹ q̄ relinquimur simul rapiemur cū illis in nubibus obuiā xpo in aera: et sic sēp cū dño erimus. Itaq ꝯsolamini inuicē in verbis istis. Et legatur in pulpito. Qua lecta tres clerici de scda forma hitu nō mutato ibidē dicāt Gr. Requiē eternā dona eis dñe et lux ppetua luceat eis. ꝟ. Anime eoꝝ in bonis demorentur et semē eoꝝ hereditet terram. Tractus.

De pfundis clamaui ad te dñe dñe exaudi vocē meā. Fiant aures tue itēdētes: i orōnē serui tui. Si iniqtates obseruaueris: dñe dñe q̄s sustinebit. Qꝛ apd te ppiciatio ē et ppter legē tuā sustinui te dñe. Et dr cū eo cātu: q̄ i dñica septuagesime: et dr a quatuor clericis de superiori gradu ad gradum chori hitu nō mutato: et interi pcedat dyaconus cū subdiaco. et ceroferr. et thur. sine cruce ad pnunciandū euangeliū. Scdm iohannem. xi.

In illo tempore: Dixit martha ad iesum. Dñe/si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio quia quēcunq poposceris a deo dabit tibi deus. Dicit illi iesus. resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dicit ei iesus. Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me: etiā si mortu⁹ fuerit viuet Et omnis qui viuit ꝛ credit in me: non morietur in eternū. Credis hoc Ait illi. Utiq dñe. Ego credidi qꝛ tu es christus filius dei viui qui in hunc mundum venisti. Et legatur pulpito more dñicali. Non dicit Credo. Offr. O pie deus qui p̄mū hoiem ad eternā gliam reuocasti pastor bone q̄ oue pditā pio humero ad ouile reportasti: iuste iudex dū veneris iudicare libera de morte aīas eoꝝ q̄s redemisti ne tradas bestiis aīas ꝯfitētes tibi ne derelinq̄s eas i finē. ꝟ. Hostias et p̄ces

neq versus. Requiem. Secreta.
Hostias qs dne quas tibi p
aiabus oim fidelium defun
ctorum offerimus ppiciat' intende:
vt quibus fidei cristiani meritum
cotulisti: dones et pmiu. Per. Com
Pro quorum meoria corp' xpi sumi-
tur dona eis dne requie sepiternam
V Et lux ppetua luceat eis. Pro q
rum meoria sagwis xpi sumit do-
na eis dne requie sepiternam. Po'co
Animab' qs dne oim fideliu
defunctoru oro pficiat sup
plicantiu: vt eas et a peccatis oi
bus eruas: et tue redeptionis fa
cias esse pticipes. Qui cu deo pre
in vni. Si hec comedratio in dni
ca contigerit differatur in crastinum
et fiat totum seruitium de dnica et
tunc fiat memoria de martyribus
eustachio sociisq eius Oratio
Da nobis qs dne sctorum mar
tyru tuorum eustachij socio
rumq eius intercessione leticia et pa
ce: vt quorum gaudemus triuphis:
protegamur subsidijs. Per. Se.
Assume qs ops deus in hono
re sctorum martyru tuoru eu-
stachij sociorumq eius hec tibi obla
ta libamina: quoru pia supplica-
tione placatus: et preteritorum venia
et futurorum nobis cautelam pre
beas delictorum. Per. Postcoio.
Sumpsim' dne diuina miste
ria beatorum martyru tuorum eu
stachij sociorumq eius merita vene
rates: presta qs: vt eorum semp et fi-
deli muniamur auxilio et magni-
fico proficiamus exemplo. Per.
Scte Wenefrede vgis et m. offi.
Loquebar de testimo-
nijs tuis in cospectu re
gu et no confudebar: et
meditabar in madatis
tuis q dilexi nimis. Ps Beati imacula
ti in via qui ambulat in lege dni. Or.
Exaudi nos deus salutaris nr
vt sicut de beate Wenefrede
virginis et martyris tue festiuita-
te gaudemus ita pie deuotionis
erudiamur affectu. Per do. Epla.
Sapientia laudabit. in coi ko. xv.
Gr. Specie tua et pulchritudine
tua itede pspere pcede et regna. V
Propter veritate et masuetudine
et iusticia: et deducet te mirabiliter
dextera tua. All'a. V. Diffusa est gra
in labijs tuis: ppterea bndixit te
deus in eternu. Seq. Exultemus
in hac. in coi ko. xiij. Euag. Simi-
le est regnu celorum the. in coi ko. xiiij
Offer. Offerent regi virgines post
ea proxime eius offerent tibi in le-
ticia et exultatione adducentur in
templum regi domino. Secreta.
Hostias dne quas tibi offeri-
mus propicius respice: et in
tercedete bta Wenefreda virgine
tua et martyre: vincula pctorum no
strorum absolue. P. Coio. Feci iudi
ciu et iusticia dne no calunient me
chi supbi: ad oia madata tua diri-
gebar: oem via iniqtatis odio habui
Placeant tibi qs mi Postco
sericors deus nre seruitutis
obsequia: vt mysteria sacro sancta
que sumpsimus: itercedete beata
Wenefreda virgine tua et martyre
et tuam gratiam nobis conciliet
et eterne felicitatis gaudium sub
ministrent. Per dominu nostru
Scti leonardi abbatis. Officiu
Os iusti meditabitur sa-
pientia et lingua eius lo
quetur iudicium: lex dei
eius in corde ipsius. ps.
Noli emulari i malignatib': neq
zelaueris facietes iniquitatem. Or
Preces nostras qs dne cleme
ter bono prosequere: vt qui de

beati leonardi confessoris tui atque ab
batis patrociniis gloriamur: eius
meritis atque suffragiis apud te se
per adiuvari mereamur. Per do
minum. Epistola Iustus cor suum
tradet. in communi folio. xii. Grad.
Os iusti meditabitur sapientiam et lin
gua eius loquetur iudicium. V. Lex
dei eius in corde ipsius et non supplan
tabuntur gressus eius. Al. V. Po
sui adiutorium super potentem et exalta
vi electum de plebe mea. Seq. Alleluia
nos. in comi fo. x. Eua. Nemo accendit
in comi fo. xii. Offer. Veritas mea et
misericordia mea cum ipso: et in nomine meo
exaltabitur cornu eius. Secreta.

Suscipe domine munera tue pie
tatis humiliter immolanda: et
concede: ut nobis sancti leonardi
confessoris tui atque abbatis intercessione
fiant salutaria: cuius nata
licii ea tibi speramus accepta. Per.
Co. Fidelis servus et prudens quem
constituit dominus super familiam suam ut det
illis in tempore tritici mensuram. Pcom.

Purificet nos domine quesumus tui per
ceptio sacramenti: et que pro
beati leonardi confessoris tui atque
abbatis veneranda solennitate ge
rimus eius nobis patrocinantibus
meritis ad indulgentiam proficiant eter
nam. Per dominum. Sanctorum
quattuor coronatorum mar. Offm.

Intret in conspectu tuo
domine gemitus compedito
rum redde vicinis nostris
septuplum in sinu eorum
vindica sanguinem sanctorum tuorum qui
effusus est. Ps. Deus venerunt gen
tes in hereditatem tuam: polluerunt tem
plum sanctum tuum: posuerunt hieru
salem in pomorum custodiam. Oratio.

Presta quesumus omnipo
tens deus: ut qui gloriosos
martyres tuos claudium nicho
stratum: simphorianum: casto
rium atque simplicium fortes in sua
confessione cognovimus pios apud
te in nostra intercessione sentia
mus. Per. Epla. Iusti autem. in com
fo. vi. Gr. Vindica domine sangui
nem sanctorum tuorum qui effusus est.
V. Posuerunt mortalia servorum tuorum
escas volatilibus celi: carnes sancto
rum tuorum bestiis terre. Alla. V.
Mirabilis dominus noster in sanctis suis.
Euangelium. Cum audieritis. in
communi folio. viii. Offer. Exulta
bunt sancti in gloria: letabuntur in
cubilibus suis exultationes dei in
faucibus eorum. Secreta.

Benedictio tua quesumus do
mine larga descendat: que
et munera nostra deprecantibus
sanctis martiribus tuis claudio
nichostrato: simphoriano/ casto
rio: atque simplicio tibi reddat ac
cepta et nobis sacramentum rede
mptionis efficiat. Per dominum. Co.
Posuerunt mortalia servorum tuo
rum domine escas volatilibus celi: car
nes sanctorum tuorum bestiis terre:
secundum magnitudinem brachii tui pos
side filios morte punitorum. Pco.

Celestibus refecti sacramen
tis et gaudiis supplices te
domine deprecamur: ut quorum
gaudemus triumphis protegamur
auxiliis. Per dominum nostrum.
Sancti theodori martyris. Offm.

In virtute tua domine leta
IN mētibus nr̄is q̄s dn̄e vere fidei sacramenta cōfirma vt qui conceptū de virgine deū verū et hoīem firmiter confitemur: per eiusdem salutifere incarnationis potētiā ad eternā mereamur puenire leticiā. p e. Pzefa. Et te in veneratione. Et dr̄ hec ōratio quotid. in capella: et etiā in cōmemozationib⁹ eiusdē per totū ānū nisi a nat. dn̄i vsq̄ ad purifi. Cō. Ecce virgo cōcipiet ꝛ pariet filiū: et vocabitur nomē eius ēmanuel.

GRatiā tuā q̄s dn̄e mē(tib⁹ nr̄is infūde: vt q̄ angelo nūciāte xp̄i filij tui īcarnationem cognouimus: per passionē eius et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem.

¶ Hec p̄dicta postcō. scȝ Gratiā. dicit̄ in paschali tp̄e vsq̄ ad vigiliam ascensionis dn̄i exclusiue qn̄ post aliquā missā fit memozia de btā maria cū officio Salue sancta

¶ Notandū est q̄ in oībus festis bt̄e marie p totū annū: ꝛ quotidie infra oct. ꝛ ī oct. eiusdē dr̄ eadē missa in capella q̄ dicenda est in choro: ita tn̄ q̄ ep̄la nō mutetur p oct.

¶ Ad missā de sancta maria in die natiui. dn̄i et q̄tidie ab hinc vsq̄ ad purifi. in capella ꝛ in choro: qn̄ fit plenum seruitium de ea. Offi.

VUltum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis adducētur regi v̄gines post eā: prime eius adducētur tibi in leticia ꝛ exultatione. ps Eructauit coz meū verbum bonum dico ego opera mea regi. Quando autem dicit. Gloria in excelsis. cum v̄. Spiritus et alme. habet dici oībus sabbatis in capella cum hoc cantu.

Glo ri a in excelsis deo.

In choro aūt quater in anno: videlȝ in vigilia ꝯmemozatiōe bt̄e v̄ginis añ aduētū dn̄i et añ. lxx. et tūc dr̄ Sp̄us et alme. a toto choro dicet̄ etiā ī choro ī oct. assūptiōis ꝛ nat. bt̄e marie a tribus clericis de supiori gradu ī suppellicijs ad gradū chori. ¶ Et sciendū est q̄ qn̄cūq̄ dr̄ in choro vel extra. v̄. Sp̄us et alme. dr̄ sup Kyrie. cātus de Kyrie omp̄s. ꝛ iste seq̄ns cāt⁹ sup Sctūs cū hac adiectōe Bn̄dict⁹ marie fili⁹ Et dr̄ iste cāt⁹ sup Agn⁹ dei. Oy.

DEus qui salutis eterne beate marie virginitate fecūda humano generi p̄mia p̄stiti: tribue q̄s. vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus per quam meruimus auctozē vite suscipere dn̄m nr̄m iesū xp̄m filiū tuū. q̄ te. Lcō ep̄le btī pauli. Ad tytum. iij.

CArissime: Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nr̄i dei. Nō ex opib⁹ iusticie q̄ fecim⁹ nos: sed sc̄dm suā mīam saluos nos fecit Per lauacrū regenerationis ꝛ renouationis sp̄us sc̄ti quē effudit ī nos abūde: p iesū xp̄m saluatozē nr̄m vt iustificati grā ipsius heredes simus: sc̄dm spē vite eterne. In xp̄o iesu dn̄o nr̄o. Gr. Speciosus forma p̄ filijs hoīm diffusa est gratia ī labijs tuis. v̄. Eructauit coz meū verbū bonum: dico ego opera mea regi: līgua mea calamus scribe: velociter scribentis Alleluya. v̄. Post partum virgo inuiolata permansisti dei genitrix intercede pro nobis. Hoc. Allā. dicitur in cōmemozatione beate

marie in choro in tpe nati. dni: et etiã qtidie in capella. Item in die purificationis vb Alla ṽ. Adorabo in choro et in capella. vts. in eodẽ die purifi. Quãcunqȝ eni fit plenũ seruitiũ de sancta maria dicit vna ex istis sequentibus p ordinẽ. Seqȝ.

Post partum virgo maria. Dei genitrix secunda g̃ra co nãtis plena Aue terrarum dña alma celorum regina Tibi ethera oĩsqȝ sãctorum turma depromat simphonia Tellus flumina atqȝ siluarum nemora resultent voce sua. Salue parens inclita felix puerpera. Per te lux et veritas mundo est edita. Tu iesũ papilla lactasti sacra extans ṽgo leta mater itacta. Unde nostris xpĩana faue votis dña xp̃m interpellans pro salute humana. Per te mater aboleri filiorum flagitamus crimina. Nosqȝ omnes introduci sẽpiterna paradisi gaudia. Quo perennis vite perfruamur gloria. Alia sequentia.

Aue maria g̃ra plena Dñs tecũ virgo serena. Bñdicta tu in mulieribus. Que peperisti pacẽ hoib⁹ ⁊ ãgelis gloriã. Et bñdictus fructus ventris tui. Qui coheredes vt essemus sui nos fecit per gratiã. Per hoc autẽ aue mũdo tã suaue cõtra carnis iura. Genuisti plẽ nouũ stella solẽ noua genitura. Tu parui et magni leonis et agni saluatoris xp̃i templũ extitisti sed virgo intacta. Tu floris et roris panis ⁊ pastoris virginum regina rosa sine spina genitrix es facta Tu ciuitas regis iusticie. Tu mater es mie Theophili reformans g̃re. De lacu fecis et miserie Ergo maris stella verbi dei cella et solis aurora. Paradisi porta per quã lux est orta natum tuum oĩa. Nos vt soluat a pctis ⁊ in regno claritatis qȝ lux lucet sedula collocet per secula. Alia seqȝ.

Letabundus exultet fidelis chorus allã. Regem regũ intacte profudit thorus res miranda. Angelus consilii natus est de virgine sol de stella. Sol occasum nesciens stella sẽp rutilãs sẽp clara. Sicut sydus radiũ profert virgo filium pari forma. Neqȝ sydus radio neqȝ mater filio fit corrupta. Cedrus alta libani conformatur ysopo valle nr̃a. Uerbum ens altissimi corporari passum est carne sũpta. Ysaias cecinit synagoga meminit: nunqȝ tñ desinit esse ceca. Si nõ suis vatibus credat vel gentilibus sibilinis versibus hec predicta. In felix ppera crede vel vetera cur damnaberis gens misera Quem docet littera natum considera. Ipsũ genuit puerpera allã.

Hec clara dies tur-(Alia seqȝ. ma festiua dat p̃mia. Maria concrepãdo symphonia nectarea. Mũdi dña que est sola castissima virginũ regia. Salutis causa vite porta atqȝ celi referta g̃ra. Nã ad illã sũt nũcia olĩ facta ãgelica. Aue maria g̃ra dei plena per secla. Mulierum pia agmina intra sẽp bñdicta. Uirgo et grauida mater intacta ple gliosa. Cui cõtra maria hec reddit famina. In me quomõ tua iã fient nũcia Uiri noui nullã certe copulam. Ex quo atqȝ nata sũ incorrupta Diua missus ita reddit affata. Flatu sacro plena fies maria. Noua efferẽs gaudia celo terre nati p exordia. Intra tui vẽtri claustra portãs q̃ gubernat cũcta. Oĩa q̃ dat tp̃a pacifica. Alia seqȝ.

Aue mundi spes maria: aue mittis aue pia aue plena

gratia. Aue virgo singularis que per rubū designaris nō passū incendia. Aue rosa speciosa aue iesse virgula. Cuius fructus nostri luctus relaxabat vincula. Aue carēs simili mundo diu flebili reparasti gaudium. Aue cuius viscera contra mortis federa ediderunt filiū Aue virginū lucerna per quā fulsit lux superna his quos vmbra tenuit. Aue virgo de qua nasci et de cuius lacte pasci rex celorū voluit. Aue gēma celi luminarium. Aue sancti spūs sacrariū. O q̄ mirabilis et q̄ laudabilis hec est virginitas. In qua per spm̄ facta paraclitū fulsit fecūditas. O q̄ sancta q̄ serena q̄ benigna q̄ amena esse virgo creditur. Per quam seruitus finit porta celi aperitur et libertas redditur. O castitatis liliū tuū precare filiū qui salus est humiliū. Ne nos pro nostro vicio in flebili iudicio subijciat supplicio. Sed nos tua sctā prece mundans a peccati fece. Collocet in lucis domo: amen dicat ois hō. Alia seqn.

Hodierne lux diei celebris in matris dei agitur memoria Decātemus i hac die sēper virgīs marie laudes et preconia. Omnis homo oi hora ipsā ora ꝛ iplora eius patrocinia Psalle psalle nisu toto cordis oris voce voto aue plena gratia. Aue dn̄a celorū inexperta viri thorū parens paris nescia. Fecundata sine viro genuisti modo miro genitorē filia. Florens ortus austro flante porta clausa post et ante via viris inuia. Fulsa celi rore tellus fusū gedeonis vellus deitatis pluuia. Salue splendor firmamēti i caliginose mēti desup irradia. Placa mare maris stella ne inuoluat nos pcella ꝛ tēpestas obuia

Iste sex sequentie dicūtur qn̄ fit plenū seruitium de sancta maria extra aduentum per totum annū etiā in .lxx. vsq ad caput ieiunij. Nūq enim dicit tractus ad missā de cōmemo. beate marie in ecclesia sar. sed sēp sequentia etiā per totā .xl. ad missā q̄tidianā de ea. Et tn̄c q̄ plures dicunt i dn̄icis. Aue pclara Euang. Secūdum lucam. ij. cap.

In illo tempore: Pastores loquebātur ad inuicē. Transeamus vsq bethlee ꝛ videamus hoc verbū quod factū est: qd̄ fecit dn̄s et ostendit nobis. Et venerunt festināntes et inuenerūt mariā et ioseph: et infātem positū i presepio Videntes aūt cognouerunt de verbo quod dictū erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierant mirati sunt: et de his que dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem cōseruabat omnia verba hec cōferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes et laudantes deū i oībus que audierant et viderant sicut dictū est ad illos Offer. Offerent regi v̄gines post eā proxime eius offerentur tibi. Secr.

Oblatꝫ dn̄e muneribus supplicīter deprecamur: vt q̄ verā fbi tui incarnationē fideliter veneramur: verā eiusdē substātiā carnis ac sāguinis quā p spiritū sctm̄ virgo mater dedit in hoc p̄sēti mysterio salubrit pcipiamus. Prefa. Et p icarnati. Co. Diffusa est gra in labijs tuis ꝓpterea benedixit te deus in eternū. Postcōmu.

Da q̄s misericors deus eius nos cōtinua itercessiōe vegetari cuius integra v̄ginitatē susceptius auctorē nr̄e salutis dn̄m nr̄m iesū xp̄m filiū tuū. Qui te. Sequētes memoiāt p totū ānū ad missā eiusdē in

capella. Secūda oro de trinitate. Or.

Omnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere: et in potentia maiestatis adorare vnitatem qs: vt eiusdem fidei firmitate ab oībus semper muniamur aduersis. In qua vi. Tercia oro pro epis viuis et subditis. Or.

Omnipotens sempiterne deus qui facis mirabilia magna solus: pretende super famulos tuos pontifices et super cunctas congregationes illis commissas spiritum gratie salutaris: vt in veritate tibi complaceant: perpetuum eis rorem tue benedictionis infunde. P. Quarta oro pro benefactoribus defunctis.

Omnipotens misericors deus (Or. vnica salus mortalium: te suppliciter exoramus pro aiabus famulorum famularumque tuarum parentum et benefactorum nostrorum vt interueniente beata dei genitrice maria cum oibus sanctis tuis peccatorum eis largiri digneris indulgentiam: et in nouissimo die vite resurrectionis leticiam. P. Quinta oro generalis pro viuis et defunctis. Or.

Omnipotens sempiterne deus qui viuorum dominaris simul et mortuorum: omniumque misereris quos tuos fide et opere futuros esse prenoscis: te supplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus: quosque vel presens seculum adhuc in carne retinet: vel futurum iam exutos corpore suscepit: pietatis tue clementia oim delictorum suorum veniam et gaudia consequi mereantur eterna. Per. De trinitate secreta.

Sanctifica dñe qs deus trinitas sancta per tui sancti nominis inuocationem huius oblationis hostiam et per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternum. Qui viuis et reg. Pro epis viuis et subditis. Secre

Hostias qs dñe famulorum tuorum placatus intende: et quas in honore nominis tui deuota mente pro eis celebramus: proficere sibi sentiant ad salutem. Per do. Pro benefactoribus defunctis. Secreta.

Sanctifica qs dñe per fidelium omnium vitalia sacramenta et presta: vt per ea interueniente beata dei genitrice maria cum oibus sanctis tuis hoc ipsum proficiat aiabus famulorum famularumque tuarum parentum et benefactorum nostrorum et ab oibus viciis expiate pabulo vite reficiantur eterne Per eundem. Pro viuis et defunctis

Deus cui soli cognitus (Secre. est numerus electorum in superna felicitate locandus tribue qs vt vniuersorum quos in oratione commendatos suscepimus siue omnium fidelium nomina beate predestinationis liber ascripta retineat. P. De trinitate

Proficiat nobis ad (Postcō. salutem corporis et aie dñe deus noster huius sacramenti susceptio: et sempiterne sancte trinitatis eiusdemque indiuidue vnitatis confessio In qua vi. Pro epis et subditis. Postcommu.

Quos celesti recreas munere dñe perpetuo comitare presidio et quos fouere non desinis dignos fieri sempiterna redemptione concede. P. Pro benefactoribus. Postcōio.

Viuificet nos quesumus domine salutare quo pasti sumus sacramentum: et interueniente beata dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis concede: vt hoc ipsum proficiat animabus famulorum famularumque tuarum parentum et benefactorum nostrorum ad promerendam propiciationis tue gratiam: et percipiendam future resurrectionis gloriam sempiternam. Per eundem dñm

Pro vivis et defunctis. Postcōio

Pro celestis cōmunis iocūdi-
tate grās tibi referimus rex
ꝙ sacerdos noster: maiestatē tuam
hūiliter rogātes: vt hec sacra scrā
corporis et sāguinis tui hostia nō
sit nobis reat⁹ ad penā: sed inter-
cessio salutaris ad veniā: sit ablu
tio scelerū: sit fortitudo fragiliū:
sit cōtra oīa mūdi pericula firma-
mentū: sit vivorū atqꝫ mortuorū
fideliū remissio oīm delictoꝝ. Per
te saluatorꝫ mūdi rex glie. Qui vi.

¶ Ad missā de sācta maria a puri-
ficatione vsqꝫ ad aduentum dñi in
capella et in choro qñ fit plenum
seruitiū de ea: nisi infra. et ꝑ oc. eiusdē



Salue sancta parens
enixa puerpera re-
gē qui celū terrāqꝫ
regit in scla seculoꝝ.
In tp̄e paschali. al
ps. Benedicta tu in mulieribus ꝫ
bñdictus fruct⁹ ventris tui. Or.

Concede nos famulos tuos
qs domine deus perpetua
mentis et corporis salute gaudere
et gloriosa beate marie sēp virgi-
nis intercessione a presenti libe-
rari tristicia: et eterna pfrui leticia.
Per. Lcō li. sapie. Eccli. xxiiij.

Ab initio et ante scla creata
sū: et vsqꝫ ad futurum sclm
nō desinā: et in habitatione san-
cta corā ipso ministraui. Et sic in
syon firmata sum: et in ciuitate
sanctificata similiter requieui: et
in hierłm potestas mea. Et radica
ui i ppło honorificato: in partes
dei mei hereditas ill⁹: ꝫ i plenitu
dine scōꝝ detētio mea. Gr. Bñdi
cta et venerabilis es vgo maria ꝙ
sine tactu pudoris inuēta es mat
saluatoris. ꝟ. Uirgo dei genitrix
quē totus nō capit orbis in tua se

clausit viscera fact⁹ hō. Sciēdū est
ꝙ si in tp̄e paschali fiat de festo an
nunciationis btē marie in capel-
la erit primū Allā. Per te dei ge
nitrix. et scōm Allā. ꝟ. Aue maria.
Itē in die assūptionis btē marie
dñica infra oc. et in oct. die. Allā. ꝟ.
Hodie maria virgo in choro ꝫ i ca
pella per oct. Allā. ꝟ. Assūpta est.
in choro. et in capella. Itē in nati.
btē marie dñica infra oc. ꝫ i oct die.
Allā. ꝟ. Natiuitas gliosa in choro ꝫ
in capella: ꝫ per oct. Allā. ꝟ. Per te
dei genitrix. in choro ꝫ in capella.
¶ Sciēdū ē ꝙ a purificatiōe vsqꝫ
ad lxx. ꝫ a Deus oīm vsqꝫ ad aduē
tū dñi qñ fit plenū seruitiū de scā
maria ꝙcūqꝫ feria contigerit semꝑ
dr̄ segns. Allā. ꝟ. Salue vgo mat
dei tēplū scī spūs ꝙ sola vocari di
gne meruisti regia celoꝝ ꝫ dña. nisi
in tp̄e pasch. tūc eni sēp erit primū
Allā. ꝟ. Per te dei genitrix nobis est
vita pdita ꝙ de celo suscepisti ꝓlē ꝫ
mūdo genuisti saluatorē. et scōm.
Allā. qd fit plenū seruitiū de resur
rectione sicut in alto festo cū regīe
choꝛi dr̄ seꝗ. vna de supranotatis
In capella aūt pmū Allā. ꝟ. Per
te dei genitrix. Secūdū vero Allā:
diuersimode dr̄ ꝑ totā ebd. vz die
dñica. Allā. ꝟ. Obtine sacris preci
bus pia dei genitrix veniā delictoꝝ
tuis supplicibus. ¶ Feria scda.
Allā ꝟ. Post partū virgo inuiola-
ta pmāsisti dei genitrix intercede ꝓ
nob. ¶ Feria tercia. Al. ꝟ. Ora pro
nob pia virgo maria vnde christ⁹
nat⁹ est ꝓ nobis peccatoribus ora
¶ Feria ꝗrta. Allā. ꝟ. Uirtutes
celi te venerāt virgo maria tuum
vnigenitum cōtemplantes ad dex
teram dei patris in potestate et
maiestate magna. ¶ Feria
quinta. Alleluya. Uersus. Ueni

electa mea sponsa et te thronum meum
qz concupiuit rex speciem tuam. Vel vi
alla. v. Salue virgo vbi s. Sabbo
alla. v. Virga iesse floruit Virgo deum
et hominem genuit pacem deus reddidit
in se reconcilians yma summis. Ista
septem. alla. dicuntur in capella beate
marie a purificatione vsqz ad aduen
tum dnt extra septuagesimam vsqz
ad pas. nisi qd extra tps pasche in
loco illius. Alla. v. Post partum vir
alla. v. Per te dei genitrix vbi s. et
exceptis tpibus pnotatis. Sic i tpe
pas. qn celebratur missa de sctā ma-
ria sine nota: vel post missam sit me
moria: tunc omis allam erit v. Per te
dei genitrix: et scdm alla. v. Post
partum. In ebd. pasche etiā dr Sequentia
Benedicta et venerabilis. ad missam coti
dianam de scta maria vsqz ad sabba
tum et nō in ipso sabbo. Sequentia
vero per ordinem vna de sex supra no
tatis vel quis alia p totum annum ad
placitum. Secundum lucam. xi.

In illo tpe: Loquente iesu ad
turbas extollens vocem quedam
mulier de turba: dixit illi. Beatus
venter qui te portauit: et vbera que
suxisti. At ille dixit. Quinimo: beati
qui audiunt verbum dei: et custodiunt
illud. Aliud euangelium in tempore
paschali. Scdm iohannem. xix.

In illo tpe: Stabant iuxta
crucem iesu mater eius et soror
matris eius maria cleophe et maria
magdalene. Cum vidisset ergo iesus
matrem et discipulum stantem quem dilige
bat: dixit matri sue. Mulier ecce
filius tuus. Deinde dixit discipulo.
Ecce mater tua. Et ex illa hora: ac
cepit eam discipulus in suam. Offm.
Felix namqz es sacra virgo maria et
oi laude dignissima qz ex te ortus
est sol iusticie xps deus noster alla.
et finiatur cum alla. Quandocunqz
dr extra lxx. vsqz ad pascha. et nisi
in vigil. assumptionis tantum. Sec.

Tua dne ppiciatione et bte
marie semp virginis interces-
sione ad ppetuam atqz presentem hec
oblatio nobis pficiat psperitatem
et pacem. Prefa. Et te in venera-
tione. Cōio. Beata viscera marie vir
ginis que portauerunt eterni patris filium
In tpe pas. Cōio. Vera fides geni
ti purgauit crimina mundi et tibi vir
ginitas inuiolata manet alla. Pcō.

Sumptis dne salutis nostre
subsidiis da qs eius patroci-
niis nos vbiqz ptegi: in cuius vene
ratione hec tue obtulimus maiesta
ti. Per. Missa p pace. Officium

Da pacem dne sustinenti-
bus te: vt prophete tui
fideles inueniantur: ex
audi preces serui tui et
plebis tue isrl. In tpe pas. alla. Ps.
Letatus sum in his que dicta sunt mi-
chi: in domum dni ibimus. Oratio.

Deus a quo sancta desideria
recta csilia et iusta sunt opa:
da seruis tuis illam quam mundus da-
re non potest pacem: vt et corda nra
mandatis tuis dedita: et hostium
sublata formidine: tempora sint
tua protectione tranquilla. Per.
Lectio libri machabeorum ij. i. ca.

In diebus illis Orones facie
bant sacerdotes dum offerrent sa
crificium p ppl'o isrl: ionatha inchoā
te: ceteris autem rndentibus dicentibus
Benefaciat vobis deus et memine-
rit testamenti sui qd ad abraham
et ysaac et iacob locutus est seruorum
suorum fidelium. Et det vobis cor oi-
bus: vt colatis eum et faciatis eius
voluntatem. Adaperiat cor vestrum
in lege sua: et in preceptis suis et
faciat pacem. Exaudiat orones ve-
stras et reconcilietur vobis: nec vos

deserat in tpe malo dñs de⁹ vester
Gr. Letat⁹ sũ i his q̃ dicta sũt mi
chi i domũ dñi ibim⁹. V. Fiat pax i
virtute tua z abũdãtia in turrib⁹
tuis. Al. V. Qui posuit fines tuos
pacem: z adipe frumenti satiat te
Secundum iohannem. xvi. capi.
In illo tpe: Dixit iesus disci
pulis suis. Ecce venit hora
z iã venit: vt dispgamini vnusq̃sq̃
in ppria: z me solũ reliquatis. Et
nõ sũ sol⁹: q2 mecũ pater est. Hec
locut⁹ sũ vobis vt in me pacẽ ha=
beatis. In mũdo pressurã habebi
tis. Sed cõfidite ego vici mũdum
Off. Deus tu cõuersus viuifica=
bis nos et plebs tua letabitur in
te: ostende nobis domine miseri=
cordiam tuam: et salutare tuum
da nobis. In tpe pa. allã al. Sec.
Deus q̃ credẽtes in te ppłos
nullis sinis concuti terrori=
bus: dignare pces et hostias dica
te tibi plebis suscipere vt pax tua
pietate cõcessa xpianorũ fines ab
oi hoste faciat esse securos. p. Cõ.
Amẽ dico vob; q̃cq̃d orãtes petit;
credite quia accipietis z fiet vobis
In tpe paschal. allã allã. Postcõ
Deus auctor pacis z amator
quem nosse viuere: cui ser=
uire regnare est. protege ab oibus
impugnationib⁹ supplices tuos
vt q̃ i defẽsiõe tua cõfidim⁹: nulli
us hostilitatis arma timeamus.
Per d. Missa pro rege. Officium.
Protector nr̃ aspice de⁹
et respice i faciẽ xpi tui
quia melior est dies vna
in atrijs tuis sup milia.
In tpe pa. al. al. ps. Quã dilecta
tabernac'ula tua dñe virtutũ: cõcu
piscit z deficit aĩa mea i atria dñi.
Or. Quesumus omps deus
vt famulus tuus rex noster.
N. qui tua miseratiõe suscepit re-
gni gubernacula: virtutũ etiã om
niũ percipiat icrementa: quib⁹ de
center orat⁹ et vicior vorraginem
deuitare z hostes superare: et a te
qui via veritas et vita es gratios⁹
valeat puenire. Per dñm. Epla.
Orationem faciebãt sacerdotes:
vt s in missa pro pace. Gr. Saluũ
fac seruum tuũ deus meus sperã=
tem in te. V. Auribus percipe dñe
orationem meã. Allã. V. Eripe me
de inimicis meis deus meus et ab
insurgentibus in me libera me.
Secundum marcum. xi. capitulo
In illo tempore: Dixit iesus
discipulis suis. Amen dico
vobis: quia quicunq̃ dixerit huic
monti tollere et mittere in mare:
et nõ hesitauerit in corde suo sed
crediderit: q2 quodcũq̃ dixerit fiat/
fiet ei. Propterea dico vobis oĩa
quecũq̃ orãtes petitis: credite q2
accipietis: et veniet vobis. Et cum
stabitis ad orandum: dimittite si
quid habetis aduersus aliquẽ: vt
z pater vester q̃ i celis est dimittat
vobis pctã vr̃a. Q̃ si vos non di=
miseritis: nec pater vester q̃ in ce=
lis est: dimittet vobis pctã vestra.
Off. Exaudi deus orõnẽ meam
et ne despexeris deprecationem
meam intende in me z exaudi me.
In tpe paschali. allã allã. Secr.
Munera q̃s dñe oblata sancti
fica: et vt nobis vnigeniti
tui corp⁹ et sãguis fiãt: et famulo
tuo. N. regi nostro ad obtinẽdam
anime corporisq̃ salutẽ: z ad pera
gendũ iniunctum sibi officium te
largiente vbiq̃q̃ proficiant.
Per dñm. Cõio. Amen dico vo=
bis: quicquid orantes petitis cre=
dite quia accipietis et fiet vobis.
In tpe paschali. allã allã. Postcõ

Hec dñe salutaris sacramenti perceptio famulū tuū re. gē nostrū. N. ab oib⁹ q̄s tueat ad uersis: quaten⁹ et ecclesiastice pacis obtineat tranquillitatem: et post istius tēporis decursū ad eternam perueniat hereditatem. Per dñm

Ad iplorādā grām spūs sancti.

Spiritus dñi repleuit orbem terrarū allā: et hoc quod continet oīa scientiā habet vocis allā allā allā. ps. Exurgat de⁹ ꝛ dissipent inimici ei⁹: ꝛ fugiāt q̄ oderūt eū a facie ei⁹

Deus cui oē cor patet ꝛ oīs volūtas loquit: et nullū latet secretū: purifica per infusionē sācti spūs cogitationes cordis nostri: vt te pfecte diligere ꝛ digne laudare mereamur. Per dñm in vni. eiusdē. Ad corinthios. i. xij. c

Fratres: Unicuiqꝫ dat manifestatio spūs ad vtilitatē. Alij quidē p spm dat sermo sapientie: alij dat sermo sciētie sm eūdē spm. Alteri fides i eodē spū. Alij gratia sanitatū in eodē spū Alij operatio virtutū. Alij pphetia. Alij discretio spirituū. Alij genera linguarū Alij interpretatio sermonū. Hec aūt oīa operat vnus atqꝫ idē spūs diuidens singulis put vult. Gr. Btā gēs cui⁹ est dñs de⁹ eorꝫ ppls quē elegit dñs i hereditatē sibi. v. Uerbo dñi celi firmati sūt: et spū oris ei⁹ oīs virtus eorꝫ. Al. v. Ueni scte spūs reple tuorꝫ corda fideliū: et tui amoris i eis ignem accende.

Secundum iohannem. iiij. cap.

In illo tpe: Dixit iesus mulieri samaritane. Mulier venit hora ꝛ nūc est: quoniā veri adoratores adorabūt patrē in spū et veritate. Nā et pater tales q̄rit q̄ adorent eū. Spūs est deus: ꝛ eos qui adorant eū. in spū et veritate oportet adorare. Offerto. Emitte spiritum tuū ꝛ creabuntur: ꝛ renouabis faciem terre: sit gloria dñi i secula. In tpe paschali. allā Sec.

Hec oblatio dñe de⁹ q̄s cordis nrī maculas emūdet: vt scti spūs digna hitatio efficiat. p

Cō. Spūs sctūs docebit vos oīa q̄cūqꝫ dixero vobis allā. Postcōio

Sacrificiū salutis nostre tibi offerentes concede nobis q̄s dñe de⁹ purificatis mētib⁹ sepius tue pietatis celebrare mysterium p d. in vni.

Ad missā p seipso.

Deus in noīe tuo saluū me fac: et i virtute tua iudica me deus exaudi orationē meā. In tpe paschali. allā allā. ps. Qm̄ alieni insurrexerunt aduersum me: ꝛ fortes quesierunt animam meā. Or.

Omnips sempiterne deus qui me peccatorem sacris altaribus astare voluisti et scti nois tui laudare potētiā ꝫcede q̄so per hui⁹ sacramenti misteriū meorꝫ michi veniam peccatorꝫ: vt tue maiestati digne ministrare merear. Per dominū nostrum. Ad romanos. vij

Fratres Cōdelector legi dei sdm interiorē hoīem Uideo aūt aliā legē i mēbris meis repugnātē legi mētis mee: et captiuū me ducētē in legē pctī q̄ est in mēbris meis Infelix ego hō. Quis me liberabit de morte corporis huius. Gratia dei per iesum christum dñm nostrū. Gr. Esto michi i deū ꝓtectorē ꝛ in locū refugii vt saluū me facias. v. Deus in te speraui domine nō cōfūdar in eternū. Allā. v. Eripe me de inimicis meis deus meus. ꝛ ab isurgentibus i me libera me. Secundum iohannem. xv.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint: qdcumqz volueritis petetis et fiet vobis. In hoc clarificatus est pater meus vt fructu plurimu afferatis et efficiami mei discipli. Sicut dilexit me pr et ego dilexi vos manete in dilectione mea. Si pcepta mea seruaueritis: manebitis in dilectiõe mea. Sicut et ego pris mei pcepta seruaui: z maneo i eius dilectione. Hec locutus sum vobis vt gaudium meum in vobis sit: et gaudiu vrm ipleat. Offer. Intende voci orationis mee rex me9 et de9 me9 qm ad te orabo dne In tpe pas. Al ℣ Verba mea auribus pcipe dne itẽ te clamorẽ meu z exaudi me. Secr.

Deus q te pcipis a pctoribus exorari tibiqz sacrificiu contriti cordis offerri: hoc sacrificium qd indignis manibus meis offero acceptare dignare z vt ipse tibi hostia z sacrificiu esse merear misera tus cõcede: quo p ministeriu huius exhibitionẽ pctõr oim pcipia remissionẽ. P. Cõ. Ab occultis meis munda me dñe z ab alienis pce suo tuo In tẽpore paschali al. Postcõio.

Aures tue pietatis mitissime deus inclina pcib9 meis et per huius diuini sacramẽti carnis et sanguinis filii tui dñi nostri iesu xpi qd indign9 sũpsi ministeriu gra scti spus illumina cor meu: vt tuis mysteriis digne ministrare teqz eterna caritate diligere: et sẽpiterna gaudia percipere merear Per dñm. In vnitate eiusdem.

Missa ad poscendu donu spus scti

Caritas dei diffusa est in cordibus vris alla per inhabitantẽ spm eius in vobis alla alleluya. Ps Domine deus salutis mee in die clamaui z nocte coram te. Oratio

Omnips sẽpiterne deus qui iusticiam tue legis in cordibus credentium digito tuo scribis da nobis fidei spei et caritatis augmẽtu: et vt mereamur assequi qd pmittis: fac nos amare qd pcipis Per. Ad corinthios. i. xiii. capitu.

Fratres: Caritas patiẽs est benigna est. Caritas non emulat: nõ agit pperã: non inflat nõ est ambiciosa: nõ qrit q sua sũt nõ irritat Non cogitat malu: non gaudet sup iniqtate: cogaudet autẽ veritati. Oia suffert: oia credit oia sperat: oia sustinet. Caritas nunqz excidit: siue pphetie euacuabuntur: siue lingue cessabunt: siue scientia destruet. Ex parte eni cognoscimus z ex parte pphetamus Cu aut venerit qd pfectu est euacuabit qd ex parte est. Cu essẽ paruulus loqbar vt paruulus: sapiebã vt paruulus: cogitabã vt paruulus. Qn autẽ factus su vir: euacuaui q erãt paruuli. Videm9 nũc per speculu in enigmate: tũc autẽ facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tũc aũt cognoscã sicut et cognitus su. Nũc aũt manent: fides spes caritas tria hec: maior autem hor z caritas. Gr. Dñe dñs nr q admirabile z nomẽ tuu i vniuersa terra. ℣. Qm eleuata est magnificẽtia tua sup celos. Al. ℣. Dñe de9 salutis mee i die clamaui z nocte coram te. Secundu iohannem. xiiii.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Filioli adhuc modicu tps vobiscu sum. Queretis me: et sicut dixi iudeis quo ego vado vos nõ potestis venire. Et vobis dico modo. Mãdatu nouu do vobis vt diligatis inuicem sicut

dilexi vos: ut et vos inuicem diligatis. In hoc cognoscent oēs: q2 discipuli mei estis: si dilectionē habueritis ad inuicē. Dixit ei symō petrus Dñe q̄ vadis? Rñdit iesus. Quo ego vado nō potes me modo seq: sequeris autem postea. Offer. Lauda aīa mea dñm laudabo dñz in vitā mea: psallā deo meo q̄diu ero. In

Emitte q̄s dñe (tpe pas. al. secr.) spm̄ caritatis q̄ et hec p̄sentia munera nr̄a tuū nobꝫ efficiat sacramētū: et ad hoc pcipiēdū corda nostra purificet. Per. In uni. eiusdē Cō. Primū q̄rite regnū dei et oīa adiicientur vobis dicit dominus, In tp̄e paschali. allā allā. Postcō

Spiritū in nobis dñe tue caritatis infunde: ut q̄s vino et pane celesti satiasti: tua facias pietate concordes. Per in uni. eiusdē

Missa pro pctōribus. Officium

Si iniquitates observaueris dñe: dñe q̄s sustinebit: q2 apd̄ te ppiciatio est deus isrl. ps. De profundis clamaui ad te dñe: domine exaudi vocem meam. Oratio

Exaudi q̄s dñe supplicū preces et confitentiū tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiā tribuas benignus et pacē Per dñm nr̄m. Ad romanos. v. ca

Fratres: Cū adhuc pctōres essemus: xp̄s pro nobis mortuus est. Multo igit̄ magis iustificati nūc in sanguine ip̄ius: salui erim9 ab ira p ipsū. Si enī cū inimici essemus recōciliati sum9 deo per mortē filii eius: multomagis recōciliati salui erimus in vita ipsius. Nō solū aūt: sed et gl'iamur in deo Per iesū xp̄m dñm nostrum. Gr. Propici9 esto dñe pctīs nr̄is: ne q̄n dicāt gētes ubi est deus eorum.

Adiuua nos de9 salutarꝫ nr̄ et pp̄ honorē noīs tui dñe libera nos. al. v. Ostēde nobꝫ dñe miaz tuā: et salutare tuū da nobis. Scdm̄ lucā v.

In illo tp̄e: Vidit iesus publicanū noīe leui sedentē ad theloneū: et ait illi. Sequere me. Et relictis oībus: surgēs secutus est eū. Et fecit ei conuiuiū magnū leui i domo sua: et erat turba multa publicanoꝝ et alioꝝ q̄ cū illis erāt discūbētes. Et murmurabāt pharisei et scribe eoꝝ: dicētes ad discipulos ei9. Quare cū publicanis et pctōribus manducatis et bibitis? Et respondens iesus: dixit ad illos. Nō egēt qui sani sunt medico: sed qui male habēt. Non eni veni vocare iustos: sed peccatores ad penitētiā. Offer. De9 tu cōuertēs viuificabꝫ nos et plebs tua letabit in te ostende nobis dñe misericordiā tuā et salutare tuū da nobꝫ In tēpore paschali. allā. Secreta

Hostias tibi dñe placationis offerimus obsecrātes: ut et delicta nr̄a miseratus absoluas: et nutantia corda tu dirigas p. Cōio.

Inclina aurē tuā accelera ut eruas nos. In tp̄e pas. allā allā. Postcō

Presta nobis eterne saluator: ut pcipiētes hoc munere veniā pctōrū: deinceps peccata vitemus. Per dominum nostrum

Missa pro penitentibus. Offi

Iustus es domine et rectū iudiciū tuū fac cum seruo tuo secūdū miam tuam. In tp̄e pasch. allā allā. ps. Beati imaculati in via qui ambulāt in lege domini. Oratio.

Omnipotens sēpiterne deus confitenti tibi famulo tuo. N. pro tua pietate pctā relaxa: ut nō plus valeat cōsciētie reatus ad

penā q̄ indulgētia tue pietatis ad veniam. Per. Epl'a. Ad galathas.

Fratres: Si preoccupatus fuerit hō in aliquo delicto vos q̄ sp̄uales estis istruite huius modi in sp̄ū lenitatis: considerans teip̄m ne ɀ tu tēteris. Alter alteri⁹ onera portate: et sic adimplebitis legē xp̄i. Gr. Saluū fac ſuū tuū de⁹ me⁹ sperātē i te. ℣. Aurib⁹ percipe dn̄e orōnē meā. Al. ℣ Qui timent dn̄m sperēt i eū adiutor eoꝝ ptector eoꝝ est. Secundū matheū. ix.

In illo tp̄e: Discūbente iesu in domo: ecce multi publicani et pctōres veniētes discūbebāt cū eo ɀ discipulis eius. Et vidētes pharisei: dicebant discipulis suis. Quare cū publicanis ɀ pctōribus mādncat magister vester? At ies⁹ audiēs ait. Non est opus valētibꝫ medicus: sed male habentibꝫ. Eūtes autē discite qd̄ est: miam volo et nō sacrificiū. Nō eni veni vocare iustos: sed pctōres. Offr. Sperāt i te oēs q̄ nouerūt nomē tuū dn̄e qm̄ nō derelīqs querētes te: psallite dn̄o qui habitat in syon quoniā non est oblitus orationē pauperū. In tēpore paschali allā. Secreta

Presta q̄s oīps et misericors deus vt hec salutaris oblatio famulum tuum. N. et a p̄priis reatibus idesignent et expediat: et ab oībus tueaꝛ aduersis. P. Cōio Amē dico vobꝫ: q̄cq̄d orātes petitꝫ credite q̄ꝛ accipietis et fiet vobis. In tp̄e paschali allā allā. Postcō

Omnīps ɀ misericors deus: qui oēm aiam penitentē ɀ cōfitentē magis vis emendare q̄ pdere: respice ꝑpicius sup hūc famulū tuū. N. et p hec sacramēta q̄ sūpsimus auerte ab eo irā idignatiōis tue: et oīa pctā sua ei dimitte. Per

Missa pro inspiratione diuine sapientie Ad missam. Officium.

Ex domini irreprehensibilis conuertēs aīas testimonium dei fidele sapientiam prestans paruulis. In tp̄e pasc allā allā. Ps. Celi enarrāt gl'iaꝫ dei: et opa manuū ei⁹ annūciat firmamētū. Or.

Deus qui per coeternā tibi sapientiā hoīem cū nō esset condidisti: perditūq̄ misericorditer reformasti: presta q̄s: vt eadem pectora nostra inspirante te tota mente amemus: et ad te toto corde curramus. Per dn̄m nostrum. Lectio ep̄le beati iacobi apl'i i. ca.

Carissimi: Si q̄s vr̄m idiget sapientia: postulet a deo qui dat oīb⁹ affluēter et nō iproperat: et dabitur ei. Postulet autē in fide nichil hesitās. Qui ei hesitat similis est fluctui maris: q̄ a vēto mouetur et circūfertur. Non ergo estimet hō ille q̄ accipiat aliq̄d a dn̄o. Gr. Uenite filij audite me: timorē dn̄i docebo vos. ℣. Accedite ad eum ɀ illuminamini ɀ facies vr̄e nō cōfūdentur. Al. ℣. Ostēde nobꝫ dn̄e miaꝫ tuam: et salutare tuum da nobis. Secundum iohannem. xvij. cap.

In illo tp̄e: Subleuatis ies⁹ oculis in celū: dixit. Pater venit hora clarifica filiū tuū: vt filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatē oīs carnis vt omne qd̄ dedisti ei: det eis vitā eternam. Hec est autem vita eterna: vt cognoscant te solum verum deum: et quem misisti iesum christum. Offr. Benedictus es domine doce me iustificationes tuas: benedict⁹ es dn̄e doce me iustificatiōes tuas in labijs meis pronūciaui oīa iudicia oris tui. In tp̄e pas. allā. Sec.

Sanctificet q̃s dñe huiꝰ nostre oblationis munꝰ tua operãte sapiẽtia: vt tibi placere possit ad laudẽ: et nobis proficere ad salutẽ. p. Cõio. Tu mãdasti mãdata tua custodiri nimis: vtinã dirigãt vie mee ad custodiẽdas iustificatiões tuas. In tpe pascal al. p9cõ

Illũie q̃s dñe deus per hec sacra q̃ sũpsimus tue cordibꝰ nr̃is lumẽ sapiẽtie vt te veraciter agnoscamꝰ: et fideliter diligamꝰ. P.

¶ Missa pro tribulatione cordis

Iustus es domine et rectũ iudiciũ tuũ fac cum seruo tuo scd̃m mĩam tuam. In tpe paschali allã allã. ps. Beati imaculati i via qui ambulant in lege domini. Oratio

Deus qui cõtritorũ non despicis gemitũ et merẽtiũ non spernis affectũ: adesto p̃cibus nr̃is quas pietati tue pro tribulatione nr̃a offerimus implorantes: vt nos clemẽter respicias: et solito pietatis tue intuitu tribuas: vt quicq̃d cõtra nos dyabolice fraudes atq̃ humane moliuntur aduersitates ad nichilum redigas: et consilio mĩe tue allidas: quatenus nullis aduersitatibꝰ lesi: sed ab omni tribulatione et angustia liberati gratias tibi in ecclia referamus cõsolati. Per. Ad corinthios. ij. i. c.

Fratres: Benedictus deus et pater dñi nostri iesu xp̃i pater misericordiarũ: et deus totius consolationis: qui consolatur nos in oĩ tribulatione nostra: vt possimus et ipsi cõsolari eos qui in oĩ pressura sunt per exhortationem qua exhortamur et ipsi a deo. Qm̃ sicut abũdãt passiões christi in nobis: ita et per xp̃m abundat cõsolatio nostra. Gr. Ad dñm cũ tribularer clamaui: et exaudiuit me. V. Dñe libera aĩam meã a labiis iniquis: et a lingua dolosa. All. V. Qui timẽt dñm sperauerũt in dño adiutor eorũ et protector eorũ est. Se. io. xvi

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: q2 plorabitis et flebitis vos: mundus autẽ gaudebit. Vos autẽ contristabimini: sed tristicia vestra vertetur i gaudium. Mulier cum parit tristiciam habet quia venit hora eius. Cum autem pepererit filium: iã nõ meminit pressure propter gaudium: q2 natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristiciam habetis. Iterum autẽ videbo vos: et gaudebit cor vestrũ. Et gaudium vestrũ nemo tollet a vobis. Off. Immittit angelus domini in circuitu timentium eũ et eripiet eos: gustate et videte qm̃ suauis est dominꝰ. In tẽpore paschali allã. Secreta

Deus qui tribulatos corde sanas et mestificatos actu letificas: ad hanc propicius hostiã dignanter attẽde: et q2 totius mundi voluisti relaxare delicta p tribulatione nostra eam clementer assume: cunctaq3 crimina nr̃a solue: tribulationẽ nostrã adime miserias pelle: angustias et pressuras amoue: vt eruti ab oibus q̃ patimur malis in tuis semper delectemur exultare beneficiis. Per. Cõio. Redime me deus israel ex omnibus tribulatiõibꝰ meis. In tẽpore paschali allã allã. Postcõ

Dimitte q̃s dñe pctã nostra et tribue nobis mĩam tuã oratiõq3 nostri alloquio exoratus humilitatem nostram attende: vincula solue: delicta dele tribulationem inspice: aduersitatem repelle

effectū q3 petitioni nostre largiēs
iugiter et clemēter exaudi. Per d.
¶ Missa pro infirmo. Officium.
Iustus es dn̄e et rectū iu
dicium tuū fac cum seruo
tuo secūdum miam tuā.
In tēpore paschali. allā
allā. Ps. Beati immaculati in via
qui ambulāt in lege domini. Orō
Omnipotens sempiterne deus salus
eterna credentiū exaudi nos
pro famulo tuo. N. pro q̄ mie tue
implorām⁹ auxiliū: vt reddita sibi
sanitate grarum tibi in ecclia tua
referat actiones. Per dn̄m nrm.
Lcō epl'e beati iacobi apostoli. v.
Carissimi: Tristatur aliquis
vestrū oret: equo aio & psal
lat. Infirmat q̄s ex vobis: indu-
cat p̄sbiteros ecclie et orēt sup eū
vngētes eū oleo in noie dn̄i: & oro
fidei saluabit ifirmū Et alleuiabit
eū dn̄s: & si in pctis sit dimittent ei
Cōfitemini ergo alterutrum pctā
vr̄a: & orate pro inuicē vt saluemini
Gr. Miserere michi dn̄e qm̄ ifir-
mus sū sana me dn̄e. V. Qm̄ cōtur
bata sūt oia ossa mea: & aīa mea
turbata ē valde Al. V Qui sanat cō
tritos corde: et alligat cōtritiones
eorum Secundum lucam. iiij. ca
In illo tpe. Surgēs iesus de
synagoga: introiuit i domū
symonis. Socrus autē symonis:
tenebat magnis febribus Et roga
uerūt illū pro ea. Et stans sup illā
iperauit febri: et dimisit illam. Et
ctinuo surgēs. ministrabat illis. Cū
sol aūt occidisset: oēs q̄ habebāt in
firmos varijs lāguorib⁹: ducebāt
illos ad eū. At ille sigulis manus
iponēs: curabat eos. Offer. Dn̄e cō
uertere et eripe aiam meā: saluū
me fac propter misericordiam tuā
In tempore paschali. allā Secre.

Deus cui⁹ nutibus vite nr̄e
momēta decurrūt suscipe p̄-
ces & hostias famuli tui N. pro quo
miam tuā egrotāte iplorām⁹. vt
de cui⁹ periculo metuim⁹: de ei⁹ sa-
lute letemur. p. Cōio Redime me
deus isrl' ab oibus angustijs meis
In tpe pas. allā allā Pc cō.
Deus ifirmitat3 hūane sigu
lare p̄sidiū auxilij tui sup infirmū
nr̄3 ostēde vtutē: vt ope mie tue ad
iut⁹: ecclie tue scē icolumis repn̄-
tari mereat. p. Mis. p salute amici
Iustus es dn̄e re. Offi
ctū iudiciū tuū fac cū suo
tuo scd̄m miam tuam.
In tpe pas. allā allā. Ps
Beati imaculati in via: qui ambu
lant in lege dn̄i. Gloria. Oratio.
Omnipotens sempiterne de⁹ miserere
famulo tuo. N. & dirige eum
scd̄m clemētiā tuā i viā salut3 eter
ne: vt te donāte tibi placita cupiat
& tota vtute p̄ficiat. p. Eplā Orō-
nē faciebāt. vt s̄ i missa p pace Gr.
Saluū fac seruū tuū de⁹ me⁹ spe-
rātē i te. V. Aurib⁹ pcipe orationē
meā. Al. V Qui timēt dn̄3 sperēt i
eū: adiutor eoz & ptector eoz̄ est.
Euāg. Amē dico vobis q̄cūq3 dixe
rit. vt s̄ in missa pro rege. Offer.
Sperēt in te oēs q̄ nouerūt nomē
tuū dn̄e: qm̄ nō derelinquis q̄rētes te
psallite dn̄o qui habitat in syō qm̄
nō est oblit⁹ orationem pauperū
In tempore paschali allā. Secr.
Proficiat q̄s dn̄e hec obla-
tio: quā tue supplices offeri
mus maiestati ad salutem famuli
tui. N. vt tua prouidētia ei⁹ vita
inter p̄spera & aduersa vbiq3 diri-
gatur. Per. Cō Amen dico vobis
quicquid orantes petitis credite
q3 accipietis et fiet vobis. In tpe
paschali. allā allā. Postcōmunio.

Sumentes dñe ppetue sacra-
mēta salutis tuā depcamur
clemētiā: vt p ea famulum tuum
N. ab oī aduersitate ptegas. Per
¶ Missa p serenitate aeris. Offi.

Salus populi ego sum di
cit dñs de quacunq tri-
bulatione clamauerint
ad me exaudiam eos: et
ero illoꝝ dominus in perpetuū.
In tēpore paschali. allā allā. Ps
Attēdite pple me⁹ legē meā: icli-
te aurē vrāꝫ i verba oris mei. Or.

Ad te nos domine claman-
tes exaudi: et aeris sereni-
tatem nobis tribue supplicanti-
bus vt qui iuste pro peccatis no-
stris affligimur, misericordia tua
preueniente clementiam sentia-
mus. Per dñm no. Lectio Hiere-
mie prophete. Trenorum ii. ca.

In diebus illis: Locutus est
hieremias propheta dicēs.
Consurge lauda in nocte in prin
cipio vigiliarum: effunde sicut a-
quam cor tuum ante conspectum
dñi dei tui. Leua ad eum manus
tuas pro animabus paruulorum
tuorum: qui defecerunt fame in ca
pite omnium compitorum. Vide
dñe et considera: quem vindemia-
ueris ita. Ergo ne comedent mu-
lieres fructū suū paruulos ad mē
surā palme: si occiderit in sanctua-
rio domini sacerdos et propheta
Formido et laqueus facta est no
bis vaticinatio et contritio. Di-
uisiones aquarum deduxit ocu-
lus meus in contritione filie po-
puli mei. Oculus meus afflictus
est: nec tacuit, eo q non esset requi
es: donec respiceret et videret dñs
de celis. Inundauerunt aque su
per caput meum: dixi perii. In
uocaui nomen tuum domine de la
cu nouissimo. Vocem meam audi
sti. ne auertas aurem tuam a sin-
gultu meo / et clamore. Appropin
quasti in die qua inuocaui te: di-
xisti ne timeas. Iudicasti causam
anime mee redemptor vite mee
domine deus meus. Gr. Propici⁹
esto dñe peccatis nostris nequādo
dicāt gētes vbi est deus eorum. V.
Adiuua nos de⁹ salutaris noster:
et propter honorem nominis tui
dñe libera nos. Allā. V. Dñe refu-
gium factus es nobis a generatio
ne et progenie. Secūdū lucā. viii.

In illo tempore: Factum est
in vna dierum: et iesus ascē
dit in nauiculam et discipuli eius
Et ait ad illos. Trāsfretem⁹ trās
stagnum. Et ascenderunt. Naui-
gantib⁹ autem illis: obdormiuit.
Et descendit procella venti in sta
gnum: et compellebātur fluctib⁹
et periclitabantur. Accedentes au
tem suscitauerunt eum dicentes.
Preceptor: perimus. At ille sur-
gens increpauit ventū et tēpesta-
tem aque: et cessauit. Et facta est
trāquillitas. Dixit autem illis.
Vbi est fides vestra? Qui timētes
mirati sunt ad inuicem dicentes.
Quis putas hic est? Quia ꝫ vētis
iperat ꝫ mari: et obediūt ei. Offr.
Si ābulauero in medio tribula-
tionis viuificabis me dñe: et sup
irā inimicoꝝ meoꝝ extendes manū
tuā: et saluū me fecit dextera tua.
In tpe paschali. allā. Secreta.

Exaudi dñe preces et suscipe
vota ppli tui ꝫ iube imbres
inūdātiū cessare pluuiarū: flagel
lisq hui⁹ elemēti ad effectū tui cō
uerte misteri vt q se regenerātib⁹
aqs gaudēt renatos gaudeāt his
castigationibus esse correctos. P.
Cō. Amē dico vobis qcqd orantes

petitis credite q2 accipietis et fiet vobis. In tpe paschali al al. P9cō.

Preces ppli tui qs dñe benignus exaudi: et p hui9 virtutem sacramenti pacem tuā nobis nūciet purgati aeris serena tranquillitas: vt qui delinquentes verberas: pctā cōfitentib9 parcas. P.

Missa p pluuia petēda. Offi.

Letetur cor querentiū dñm qrite dñm confirmamini: qrite faciē ei9 sēp. In tpe pasch allā. ps. Cōfitemini dño et inuocate nomē ei9 annūciate iter gētes opera ei9. Or.

Deus in quo viuim9 mouemur et sum9 pluuiā nobis tribue cōgruētē vt psentib9 subsidijs sufficiēter adiuti/ sempiterna fiducialius appetamus. Per.

Lectio hieremie prophete. xiiij.

In dieb9 illis. Orauit hieremias ppheta dicēs. Nunqd pijciēs abiecisti iudā: aut syō abhominata est aia tua? Quare ergo pcussisti nos: ita vt nulla sit sanitas? Expectauim9 pacē: et non est bonū. et tēpus curationis et ecce turbatio. Cognouimus dñe impietates nras et iniqtates patrū nror: q2 peccauimus tibi. Ne des nos i opprobriū pptet nomē tuū. neq3 facias nobis cōtumeliā. Solij glie tue recordare: ne irritū facias sed9 tuū nobiscū. Nūqd sūt i sculptilib9 gētiū q pluāt: aut celi possūt dare imbres nisi tu volueris? Nōne tu es dñe de9 nr quē expectauimus? Tu eni fecisti oia hec dñe deus nr.

Gr. Oculi oim in te sperāt dñe: et tu das illis escā i tpe oportuno. V. Apis tu manū tuā et iples oē aial bñdictione. Allā. V. De profūdis clamaui ad te dñe: domine exaudi vocem meam. Scdm matheū. vi.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Nolite solliciti esse dicētes. Quid mūducabim9/ aut qd bibemus: aut quo operiemur? Hec eni oia gētes inquirūt. Scit eni pater vester q2 his oib9 indigetis. Querite ergo pmū regnum dei: et iusticiam eius. Et hec oia adijcient vobis. Offr. Portas celi aperuit dñs et pluit illis manna vt ederent panem celi dedit illis: panē angelorū manducauit homo. In tempore paschali allā. Secr.

Oblatis dñe placare muneribus: et oportunū nobis tribue pluuie sufficiētis auxilium. P. Cō. De fructu operū tuor dñe saciabitur terra vt educas panē de terra et vinū letificet cor hoim: vt exhilaret faciē i oleo et panis cor hominis cōfirmet. In tpe pasch allā allā. Postcō.

Deus qui pluis super iustos et iniustos: nris etiā offensionib9 per hec sacramēta relaxatis expectata qs imbrium munera largiaris: qbus et salus nobis et alimenta prestentur. Per dñm.

Missa pro tempore belli. Offi.

Reminiscere miserationū tuarū dñe et mie tue que a seculo sūt ne vnq dñetur nobis inimici nostri: libera nos de9 israel ex omnibus angustijs nostris. In tēpore paschali allā allā. ps. Ad te dñe leuaui aīam meam deus me9 in te confido non erubescam. Oratio.

Deus regnor oim regnūq dñator: q nos et pcutiēdo sanas et ignoscēdo pseruas: ptēde nobis miam tuā: vt tranquillitate pacis tua ptāte firmata ad remedia correctiōis vtamur. P. L. li. hester. xiij.

In diebz illis. Orauit hester ad dñm dicens. Dñe

rex oīpš: in ditione tua cūcta sunt
posita: et nō est qui possit resistere
voluntati tue. Si decreueris sal-
uare nos continuo liberabimur.
Tu eni dñe fecisti celū et terrā et
vniuersa q̄ celi ambitu cōtinētur
Tu es dñs oīm: et nō est q̄ resistat
volūtati tue. Et nunc dñe rex re-
gum deus abraham miserere pplo
tuo: qꝛ volunt inimici nri nos pde-
re ꝛ hereditatē tuā delere. Ne de-
spicias partē quā redemisti tibi: sꝫ
exaudi dep̄cationē nostrā ꝛ ꝓpici⁹
esto sorti ꝛ funiculo hereditatꝫ tue
Et cōuerte luctū nrm̄ i gaudiū: vt
viuētes laudemus nomē tuū. Et
ne claudas ora canētiū te dñe de⁹
nr̄. Gr. Propici⁹ esto dñe pctīs no
stris nequā dicāt gētes vbi ē de⁹ eoꝝ
℣. Adiuua nos de⁹ salutarꝫ noster
ꝛ ꝓpter honorē nois tui dñe libera
nos. All. ℣. Ostēde nobꝫ dñe miam
tuam et salutare tuum da nobis
Euāge. Amē dico vobꝫ qꝛ quicūqꝫ
dixe: vt s in missa pro rege. Offer.
Deus tu conuertens viuificabis
nos: et plebs tua letabitur in te
ostende nobꝫ domine misericordiā
tuam et salutare tuum da nobis.
In tp̄e paschali. allā allā. Secre.

Adesto q̄s dñe ꝓpicius popu
lo tuo: et quē mysterijs cele
stibus et sacramētis imbuis: per
hec munera q̄ tibi offert deuotus
a furore cunctoꝝ hostiū tua mise-
ratione defēde. P. Cōio. Inclina
aurē tuā: accelera vt eruas nos.
In tp̄e paschali. allā allā. Postcō

Corporis et sanguinis dñi
nostri iesu xp̄i sacrosancta
refectione vegetari supplices te
rogamus oīps deus: vt hoc reme-
dio singulari: ab omi pctōꝝ nos
cōtagione purifices: et a periculo
rerū mundanarū incursione cunctoꝝ. P

Missa p eo q̄ i vincul̄ tenet. offi.
Nunc scio vere qꝛ misit
dñs angelum suū ꝛ eri
puit me de manu hero-
dis ꝛ de oī expectatione
plebis iudeoꝝ. In tp̄e pas. allā al.
℣. Et petr⁹ ad se reuers⁹ dixit. Or.
Deus indulgentie deus to-
tius consolationis te sup-
plices deprecamur. vt famulum
tuū. N. a cunctis pctōꝝ suorum
neribus: et ab his quibus captus
tenet̄ inimicoꝝ suoꝝ vinculis in
tercedente beata dei genitrice ma
ria et beatis aplīs tuis petro et
paulo atqꝫ iohanne benignus ab
soluas: emēdatumqꝫ paterna pie
tate suscipias et ad gaudia eterna
pducas. p. Lcō actuū aploꝝ. xij.
In dieb⁹ illis. Egressus pe-
trus de carcere: venit ad do
mum marie matris iohannis qui
cognominat⁹ est marcus vbi erāt
multi cōgregati et orantes. Pul-
sante autē eo ostiū ianue: pcessit
puella ad videndū eū noie rode.
Et vt cognouit vocē petri p̄ gau-
dio nō aperuit ianuā: sed itrocur
rēs nūciauit petrū stare ante ia-
nuā. At illi dixert ad eā. Insanis
Illa autē affirmabat sic se habe-
re. Gr. Cōstitues eos pricipes sup
oēs terrā memores erūt nois tui dñe
℣. Pro patribus tuis nati sūt tibi
filij: ppterea ppl̄i cōfitebunt tibi.
All. ℣. Solue iubēte deo terraꝝ pe-
tre cathenas q̄ facis vt pateāt cele
stia regna beis. Scdꝫ matheū. xvi
In illo tempore: Venit ie-
sus in partes cesaree philip-
pi: et interrogabat discipulos
suos dicens. Quem dicunt homi
nes esse filiū hois? At illi dixerūt
Alij iohannē baptistā alij autem
helyam: alij vero hieremiam: aut

unū ex prophetis. Dicit illis iesus
Uos autē quē me esse dicitis? Re-
spōdens symō petrus dixit. Tu es
xp̄s filius dei viui. Respōdēs autē ie
sus dixit ei. Btūs es symon bar io
na: q2 caro et sāguis nō reuelauit
tibi: sed pater meus qui in celis est
Et ego dico tibi: q2 tu es petrus et
sup hāc petrā edificabo ecclesiam
meā. Et porte iferi nō p̄ualebunt
aduersꝰ eā. Et tibi dabo claues re
gni celoꝝ. Et qdcūqꝫ ligaueris su-
per terrā: erit ligatū ꝫ in celis. Et
qdcūqꝫ solueris sup terrā: erit so-
lutū ꝫ i celis. Offr. Cōstitues eos
principes sup oēꝫ trā memores erūt
nois tui dn̄e i oī ꝓgenie ꝫ gnatiōe
In tēpore paschali allā. Secreta.

Hec dn̄e placationis et lau-
dis hostia famulū tuum. ꝗ
in te cōfidēte ab oibꝰ purget pctō
rū sordibus: ꝫ ab inimicoꝝ suoꝝ q-
bus p̄mit insidiis et vinculis: scē
marie et btōꝝ apl'oꝝ tuoꝝ petri ꝫ
pauli atqꝫ iohānis p̄cibus: liberū/
innocuū/atqꝫ absolutū esse cōsti-
tue. p eū. Cōio. Tu es petrꝰ ꝫ sup
hāc petrā edificabo ecclesiā meā
In tēpore paschali. allā. Postcō.

Presta q̄s dn̄e vt hoc munus
redēptionis nr̄e qd indigni
suscepimus famulū tuū. ꝗ interce
dēte btā dei genitrice maria ꝫ bea
tis apl'is tuis petro et paulo atqꝫ
iohāne ab oibꝰ muniat periculis
et ab angustiis quas patit et vin
culis illesū abire faciat. Per eūd.

¶ Contra mortalitatē hoim. offi.

Salus ppl'i ego sum dicit
dominus: de quacūqꝫ tri
bulatione clamauerint
ad me exaudiam eos: ꝫ
ero illoꝝ dominus in perpetuū
In tp̄e paschali allā. alleluya. ps
Attendite pp̄le meꝰ legē meā: incli
nate aurē vraꝫ i vba oris mei. Or.

Deus qui iminētē niniuitis
interitum sola mīa remoui
sti: quibus vt misericors existeres
conuersionis penitentiā prestiti-
sti: respice q̄s populū tuū ante cō-
spectū mie tue prostratū: vt quos
vnigeniti tui sanguine redemisti
non patiaris propter miam tuam
mortalitatis iterire supplicio. p e.
Lectio hieremie ꝓphete. xiiii. ca.

Si iniquitates nr̄e contende
rint contra nos: dn̄e libera
nos. Fac q̄s propter nomen tuū:
qm̄ multe sunt auersiones nostre
Tibi peccauimus expectatio isrl':
saluator noster i tp̄e tribulatiōis
Tu autē in nobis es dn̄e: et nomē
sanctū tuū inuocatū est sup nos.
Ne derelinquas nos dn̄e deꝰ nr̄. Gr.
Propiciꝰ esto dn̄e pctis nr̄is neq̄
dicāt gētes vbi ē deꝰ eoꝝ. V. Adiuua
nos deꝰ salutarꝫ nr̄ et ꝓpt honorē
nois tui libera nos dn̄e. V. Dn̄e refu
giū factꝰ es nobꝫ a gnatiōe ꝓgenie
Secundum lucam .xi. capitulo.

In illo tp̄e: Dixit iesus disci-
pulis suis. Petite et dabit
vobis. Querite et inuenietis.
Pulsate: et aperietur vobis. Ois
enī qui petit accipit: et q̄ q̄rit inue
nit: et pulsanti aperiet. Quis autē
ex vobis patrē petit panem: nun-
quid lapidē dabit illi? aut piscem
nūqd pro pisce serpentē dabit illi
Aut si petierit ouū: nūquid porri-
get illi scorpionem? Si ergo vos
cū sitis mali nostis bona data da
re filiis vr̄is. q̄tomagis pat vr̄ de
celo dabit spm̄ bonū petentibꝰ se.
Offr. Sperēt in te oēs q̄ nouerūt
nomē tuū dn̄e: qm̄ nō derelinquis
q̄rētes te: psallite dn̄o q̄ habitat i
syō: qm̄ nō est oblitꝰ orōnē pauꝑū
In tēpore paschali. allā. Secreta

Ecclesie tue quesumus omnipotens deus munus placatus intende: et misericordia tua nos potius quam ira proveniat: quia si iniquitates nostras observare volueris: nulla poterit creatura subsistere: sed admirabili pietate qua nos fecisti opera manuum tuarum non sinas interire. Per. Co. Amen dico vobis: quicquid orantes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. In tempore pa. alla. al.

Omnipotens et misericors Postcō deus respice populum maiestati tue subiectum: et ne nos furor sevientis mortis inveniat: sacramentorum tuorum perceptio sancta proficiat. Per.

Pro peste animalium. Officium.

Salus populi ego sum dixit dominus: de quacunque tribulatione clamaverit ad me exaudiam eos: et ero illorum dominus in perpetuum. In tempore pal. al. al. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Or.

Deus qui laboribus hominum etiam de mutis animalibus solatia subrogasti: supplices te rogamus: ut sine quibus non alitur humana conditio nostris facias usibus non perire. Per. Epla. Miliquitates ut supra in officio. primo. Gr. Propicius esto domine peccatis nostris nequando dicant gentes ubi est deus eorum. V. Adiuva nos deus salutaris noster: et propter honorem nominis tui domine libera nos. Allā. V. Domine refugium factus es nobis a generatione et progenie. Euāg. Petite et dabitur vobis. ut s. Offer. Sperent in te omnes qui noverunt nomen tuum domine: quoniam non derelinquis querentes te: psallite domino qui habitat in syon: quoniam non est oblitus orationem pauperum. In tempore pal. allā. Secre.

Subveniat nobis domine quesumus sacrificii presentis operatio: que nos et ab erroribus universis potenter absolvat: et a totius eripiat perditionis incursu: ut et animalia que nostris usibus fulsisti: tua potentia liberentur. Per. Cō. Amen dico vobis quicquid orantes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. In tempore paschali allā allā. Postcō.

Adesto domine quesumus per hec sancta que sumpsimus a tuis fidelibus cunctos miseratus errores et sevientium morborum grassatus in animalia depelle perniciem: ut quos suo merito flagellas devios foveas tua miseratione correctos. Per do. ¶ Pro quacunque tribulatione omnia stant sicut in missa pro tribulatione cordis ut s. cum hac oratione. Oratio.

Ineffabilem misericordiam tuam nobis domine clementer ostende ut simul nos et a peccatis omnibus exuas: et a penis quas pro his meremur benignus eripias. Per dominum. Secreta

Sacrificia tibi domine immolanda quesumus corda nostra purificent et indulgentie tue nobis dona concilient: et de adversis prospera sentire proficiant. Per.

Quos celesti munere Post cō. domine reficis divina tuere virtute: ut tuis mysteriis perfruentes nullis subdantur adversis. Per dominum no. ¶ Pro amico. Or.

Deus qui iustificas impium et non vis mortem peccatorum maiestatem tuam suppliciter deprecamur: ut famulum tuum. N. de tua misericordia confidentem celesti protegas benignus auxilio et assidua protectione conserves: ut tibi iugiter famuletur: et nullis temptationibus a te separetur. Per. Secre.

Huius quesumus domine virtute misterii: et a propriis nos mundo delictis: et famulum tuum. N. ab omnibus absolvas peccatis. Per do. Postcōio

Purificent nos quesumus domine sacramenta que sumpsimus: et famulum tuum. N. ab omni culpa liberum esse concede: ut qui conscientie sue reatu constringitur: celestis remedii

plenitudine glorietur. Per dñm.

Pro infirmo proximo morti. Or.

Omnipotens sempiterne deus conservator aiarum: qui q̄s diligis corripis: et quos recipis pie ad emendationem coherces te inuocamus dñe: vt medelam tuam conferre digneris: et vt anima famuli tui in hora exitus illius de corpore absq; peccati macula per manus sctõrum angelorum tuorum tibi representari mereatur. Per dñm. Secreta.

Adesto q̄sumus dñe pro pietate tua supplicationibus nostris et suscipe hostiam quam tibi offerimus pro famulo tuo salutem non corporis sed aie sue petenti presta ei q̄s indulgentiam oim iniquitatum suarum: vt per hoc qd tibi offerimus sacrificium a sanctis angelis eius aia suscepta: ad tue glie regnum peruenire mereatur. Per dñm. Postcõio.

Gratias tibi agimus dñe refecti salutaribus sacramentis: quibus aias in te sperantium saciare consueuisti: et confisi de pietate tua supplici deuotione precamur: vt misereri digneris famulo tuo: ne preualeat aduersus eum inimicus in hora exitus illi⁹ de corpore: sed transitum habere mereatur ad vitam. Per dñm nostrum.

Pro iter agentibus. Oratio.

Adesto dñe supplicationib⁹ nostris: et viam famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone: vt inter oes vie et vite huius varietates tuo semper protegantur auxilio. Per dñm. Secreta.

Propiciare dñe supplicationibus nostris: et has oblationes tibi quas offerimus pro famulis tuis benignus assume: vt viam illorum et precedente gratia tua dirigas et subsequente comitari digneris: vt de actu atq; incolumitate eorum secundum mie tue presidia gaudeamus. Per. Postcõio.

Sumpta q̄s dñe celestis mysterij sacramenta: ad prosperitatem itineris famulorum tuorum proficiant: et eos ad salutaria cuncta perducant. Per. ¶ Pro [illegible]

D[illegible] [illegible] que [illegible] una [illegible] grege [illegible] perueniat sempiternam. Per dñm. Secreta.

Oblatis quesumus dñe placare muneribus: et famulum tuum [illegible] quem pastorem populo tuo esse voluisti [illegible] Per dñm. Postcõio.

H[illegible] nos [illegible] protegat: et famulum tuum [illegible] pastorem ecclesie tue esse voluisti: vna cum commisso sibi grege saluet semper et muniat. Per dñm. ¶ Pro episcopo. Or.

Rege q̄s dñe famulum tuum N. pontificem nostrum: et intercedente btã dei genitrice maria cum oib⁹ sctis tuis gratie tue in eo dona multiplica: vt ab oibus liberetur offensis: et temporalibus non desit tuarum auxiliis: et sempiternis gaudeat institutis. Per eundem. Secret.

Suscipe q̄s dñe tibi munus oblatum: et intercedente btã dei genitrice maria cum oibus sctis tuis famulum tuum N. pontificem nostrum tua protectus vbiq; miseratione conserua: atq; ab oibus quas meretur aduersitatibus redde securum: vt tranquillitate percepta ab oim visibilium et inuisibilium inimicorum insidijs liberatus: deuota tibi mente de-

seruiat. Per eundem. Postcōio.

Subiectū tibi famulū tuū. N. pōtificē nr̄m q̄s dn̄e intercessione bt̄e dei genitricis marie cum oībus sc̄is tuis ꝓpiciatio celestis āplificet: vt a ꝑuersis vite periculis eruat̄ ⁊ ꝑpetuis donis firmet̄. P. e.

Pro prelatis et subditis. Or.

Omnipotens sempiterne deus: qui facis mirabilia magna solus: pretende super famulos tuos pōtifices et super cūctas ꝯgregationes illis ꝯmissas spiritū grē salutaris: ⁊ vt in veritate tibi ꝯplaceāt: ꝑpetuū eis rorē tue bn̄dictionis infūde. Secreta.

Hostias q̄s dn̄e famulor̄ tuorū placatus intēde: vt q̄s in honore nominis tui deuota mēte pro eis celebramus: proficere sibi sentiant ad salutem. Per. Postcōio.

Quos celesti recreas munere dn̄e ꝑpetuo comitare presidio: et quos fouere non desinis dignos fieri sempiterna redemptione concede. Per dn̄m nostrū.

[illegible]. Or.

Suppliciter te deus pater omnipotens qui es creator omnium rerū deprecor vt dū me famulū tuū corā omnipotētia maiestatis tue grauiter deliquisse confiteor: manū michi mīe tue porrigas: quatenus dū ego hāc oblationem tue pietati pro peccatis meis offero quo nequiter commisi: tu clementissime digneris absoluere. Per dn̄m no. Secreta.

Deus mīe deus pietatis: deus indulgētie: indulge q̄so et miserere mei serui tui vt sacrificiū qd̄ pro pc̄tis meis offero benigne digneris suscipere / et pc̄tā q̄ labētibus viciis cōtraxi pius et ꝓpicius ac miseratus idulgeas: ⁊ locū penitentie ac flumina lacrimarū michi cōcedas: vt veniam a te merear accipe delictor̄. P. Postcō.

Deus qui es viuorū saluator omnium qui non vis mortē pc̄torū: nec letaris in perditione morientiū: te suppliciter deprecor vt cōcedas michi veniā delictorū meorū vt admissa defleam et postmodū nō admittā: vt cū michi extrema dies finisq; vite mee aduenerit / emendatū a delictis oībus me angelus sc̄itatis suscipiat. P.

Pro tentatione carnis. Oratio.

Ure igne sancti spūs renes nostros et cor nostrum dn̄e vt tibi casto corpore seruiamus et mūdo corde placeamus. Secreta

Disrumpe dn̄e igne sc̄i spūs vincula pc̄torū nostrorū et vt sacrificare tibi hostiam laudis absoluta libertate ac munda mēte possimus: tribue q̄ ante tribuisti et salua nos per indulgentiam quos dignatus es saluare per gratiam. Per in vnitate. Postcōio.

Domine deus adiutor et protector nr̄: adiuua nos per virtutē sc̄i spūs tua sc̄tā sumentes: ⁊ restoreat caro nostra vigore pudicicie et sc̄timonie nouitate ereptamq; de manu tartari: in resurrectionis gaudio iubeas presentari. Per dn̄m in vnitate eiusdem.

Contra malas cogitationes. Or.

Omnipotens mitissime deus respice ꝓpicius preces nr̄as: ⁊ libera corda nostra de malarum cogitationū tentatione: vt sc̄i spiritus dignū fieri habitaculum mereamur. Per. in vni. eiusdē. Sec.

Has tibi dn̄e deus offerimus oblationes ꝓ salute nostra p̄stites: vt aīas nr̄as spūsc̄ti gr̄a illuminare digneris: quatenus a cogitationibus malis tua pietate liberemur. Per in vni. e. Post.

Per hec quesumus domine sacrificium quod tue obtulimus maiestati ab omnibus corda nostra emunda temptationibus: vt gratia sancti spiritus digni efficiamur. Per in vnitate.

Pro petitione lacrimarum. Oratio.

Omnipotens et misericors deus qui sitienti populo fontem viuentis aque de petra produxisti: educ de cordis nostri duricia compunctionis lachrimas vt peccata nostra plangere valeamus: remissionem eorum te miserante mereamur accipere. Per. Secreta

Hanc oblationem quam tue maiestati domine pro peccatis offerimus respice propicius: et perduc de oculis nostris copiosa lacrimarum flumina quibus debita flammarum incendia possint extingui. Per. Postcommunio.

Corpore et sanguine tuo domine saginati quesumus: vt pro peccatis nostris compunctionem cordis: et luctum flumina(que) lacrimarum nobis semper largiaris quatenus celestem in futuro consolationem inenire mereamur. Qui vi.

Contra aereas tempestates. Oratio.

A domo tua quesumus domine spiritales nequicie repellantur et aerearum discedat malignitas tempestatum. Per

Offerimus tibi domine lau(des) Secr. des et munera pro concessis beneficiis gratias referentes: et pro concedendis suppliciter deprecantes. Per. Postcommunio.

Omnipotens sempiterne deus qui nos et castigando sanas et ignoscendo conseruas presta supplicibus tuis: vt et tranquillitate optate consolationis letemur / et dono tue pietatis semper vtamur. Per.

Contra inuasores ecclesie. Oratio.

Concede nobis omnipotens et mitissime deus apud quem nulla est iniquitas: vt qui huius sanctuarij tui possessionem diripiendo inuadunt celeri satisfactione corrigantur. Per. Sec.

Hostias tibi placationis et laudis offerimus postulantes vt quos inimicus ad suadendum sanctuarij tui possessionem suadendo attraxit: tu miserando corrigas. Per.

Preces nostras quesumus domine (Postcommunio) placatus exaudi: et quod de inimicis et raptoribus ecclesie tue sancte deprecamur consuete misericordie velocitate perficere non desinas. Per d.

Pro nauigantibus. Oratio.

Deus qui transtulisti patres nostros per mare rubrum et transuexisti eos per aquam nimiam: laudem tui nominis decantantes te supplices deprecamur / vt nauigantes famulos tuos repulsis aduersitatibus cursu tranquillo in portum desideratum perducere digneris. Per. Secret.

Suscipe quesumus domine preces populi tui cum oblationibus hostiarum et famulos tuos in nomine tuo nauigantes ab omnibus defende propiciatus aduersis. Per. Postcommunio

Sanctificati diuino mysterio maiestatem tuam domine suppliciter deprecamur: vt nauigantes famulos tuos in te confidentes per lignum sancte crucis a cunctis protegas benignus periculis. Per d. Pro benefactoribus et salute viuorum. Oratio.

Pretende domine famulis et famulabus tuis dexteram celestis auxilij: vt te toto corde perquirant: et que digne postulant assequantur. Per do. Secreta.

Propiciare domine supplicationibus nostris et has oblationes famulorum famularum(que) tuarum quas tibi pro incolumitate eorum offerimus benignus assume: et vt nullius sit irritum votum: nullius vacua postulatio presta, quesumus: vt quod fideliter petimus efficaciter consequamur. Per do. Postcommunio.

Da famulis et famulab⁹ tuis quesumus dñe in tua fide et sinceritate cõstantiã: vt in caritate diuina firmati: nullis temptationibus ab ei⁹ integritate vellãtur. Per. Cõtra aduersãtes. Or.

Hostium nostrorum q̃s dñe elide superbiam: et dextere tue virtute prosterne: vt iusticie non dñetur iniquitas: sed sb̃ subdatur falsitas veritati. P. Secr.

Hostias q̃s domine virtute misterij: et a nostris mũdemur occultis: et hostium liberemur insidijs. Per dñm nrm̃. Postcoĩo.

Purificet nos q̃s dñe participatio tui sancta misterij et pariter nobis expiationem tribuat et munimen. Per dominũ nostrum. Pro pregnante. Oratio.

Deus qui beatã virginem et matrẽ mariã in conceptu et in partu cõsecrasti: et ionã prophetã de ventre ceti potẽti virtute liberasti: tuã famulã grauidã protege: et visita eam ĩ salutari tuo vt proles in illa contenta feliciter in lucẽ prodeat: et pueniat ad gratiã lauacri salutaris. Per. Secr.

Suscipe domine q̃s hostias ꝑ preces humilitatis nr̃e: et famulã tuã scuto ꝓtectionis tue defende: et quã pregnãtẽ tua gr̃a esse voluisti: hãc adueniẽte part⁹ tp̃e gratiose libera: et ab oĩb⁹ perturbationib⁹ cũ prole ĩ ip̃a cõtẽta clementer conserua. Per. Postcõio

Adesto supplicationibus nostris omp̃s deus: et famule tue largiflue protectionis munus cõcede: vt adueniẽte tp̃e parturiẽdi gr̃e tue p̃sidiũ suscipiat: et ples quã ediderat: pcepto lauacro salutari: gratiosis icremẽtis feliciter pficiat. P. ¶ De sctis katherina margareta ꝛ magdalena. Oratio.

Deus qui sacratissimis virginib us tuis katherine et marg arete per martirij palmam et btĩssime marie magdalene criminũ veniã cõcessisti: concede ꝓpici⁹ vt eaꝝ interueniẽtib⁹ meritis et precib⁹: ꝗ castitatis gratia decorari: et a peccatoꝝ nr̃oꝝ nexib⁹ mereamur absolui. Per. Secreta

Gratũ tibi dñe sit munus oblatum: et vt tibi digne ministrare possim⁹ sacre virgines katherina et margareta nobis mentium puritatem: et beata maria magdalena salutarem nobis obtineant cõpũctionẽ. Per. Postcõ.

Celesti alimonia vegetati q̃s omp̃s deus: vt sanctarum virginũ tuarũ katherine margarete et beate marie magdalene meritis intercedentibus: et tibi casto corpore seruire: ꝗ tue dilectioni valeamus iugiter adherere. Per.

¶ Pro febricitãtibus de scto. Sigismũdo rege et martyre iacente in ciuitate subdunnensi. Oratio.

Omnip̃s sempiterne deus qui per sctõs ap̃los et martyres tuos diuersa sanitatum dona largiri dignatus es: da q̃s vt famulum tuũ. N. q a febriũ vexatione fatigatur: per itercessionẽ famuli tui sigismundi regis et martyris tua medicina erigas ad salutem ꝗ ad sanitatem pristinam clemẽter reuocare digneris. Per. Secreta

Offerimus tibi dñe munera sãcta in noĩe electi tui sigismũdi regis et martyris: vt a presẽti egroto febriũ ardores repelli iubeas: et exinde tuo semper muniatur auxilio. Per. Postcõmuni.

Omnip̃s sẽpiterne deus qui dedisti ministris tuis obtine-

re oia q̄ iuste p̄cantur: suscipe pro
picius p̄ces nr̄as quas pro famu-
lo tuo. N. in honore b̄ti sigismū-
di regis et martyris tui deferimus
et qd̄ pro eo deuotis mētib⁹ obse-
cramus. celeri indulgentia conse
qui mereamur. Per dn̄m nostrū.

Contra paganos. Oratio.

SEmpiterna trinitas deus cu
ius est potētie p̄sternere for
tia et eleuare humilia: in his sa-
cris cerimonijs clementiā tuā sup
pliciter dep̄camur: vt oi eccl̄ie tue
h̄stes aurilisi. et sicut liberasti fi-
lios isrl̄ de manibus egyptioꝝ: ita
libera ppl̄m tuū xp̄ianum de op-
pressione paganoꝝ et da victoriā
seruis tuis: quatenus eccl̄ie tue sta
tus erigat in sublime: et iŋfideles
per fidē deijciantur ad infima: vt
xp̄iani gaudeāt de hereditate tua
et in oib⁹ tua ꝓtegēte dextera sp̄
catholica gratulet̄ eccl̄ia. Qui vi.

OMnipotens sēpiterne deus Secr.
nr̄as indignas suscipe pre-
ces: et his sacris libaminib⁹ q̄ p̄-
camur intēde et sicut moysi et aarō
affuisti in egypto: ita nobiscū esse
dignare et cū oi exercitu xp̄ianoꝝ
liberās de tyrānoꝝ iugo. P. P⁹cō

Quos celesti dn̄e dono satia
sti: p̄sta q̄s. vt a nr̄is munde-
mur occultis: et ab hostiū libere-
mur insidijs: vt te opitulante de
tuo mereamur solatio gratulari
Per. De incarnatione dn̄i. or.

CorDa nostra q̄s dn̄e sanctus
splendor filij tui: incarnatio
nis / natiuitatis / passionis / resur
rectionis / ascēsionis et aduentus
spiritus sancti clementi respectu.
illustret: quo mundi huius tene-
bris carere valeamus: et ipso du-
cente perueniamus ad patriā cla
ritatis eterne. Per eūdē. Secreta

IN mētibus nr̄is q̄s dn̄e ve-
re fidei sacramenta cōfirma:
vt q̄ cōceptū de virgine deū verū
et hōiem cōfitemur: per eiusdē sa-
lutifere incarnationis / natiuita-
tis / passionis / resurrectionis / ascē
sionis / et aduentus sācti sp̄us po-
tētiā ad eternā patriā mereamur
peruenire. Per. in vnita. Postcō.

PResta q̄s oīps de⁹ vt qui fi-
lij tui dn̄i nr̄i iesu xp̄i incar-
natiōis natiuitatis passionis re-
surrectionis ascensionis et aduē-
tus sp̄us sancti memoriā debita ve-
neratione laudis ꝓcolim⁹ ip̄i per
eiusdē sc̄ti sp̄us grām a morte aīe
resurgam⁹: et in tua sc̄tificatione
semꝑ viuamus. Per eūdē, eiusdē

Pro penitentibus. Oratio.

EXaudi q̄s dn̄e supplicū p̄ces
et cōfitentiū tibi parce pctīs
vt pariter nobis indulgentiā tri-
buis benignus et pacē. P. Secreta

HOstias tibi dn̄e placationis
offerim⁹ obsecrātes: vt de
licta nr̄a miserat⁹ absoluas et nu
tātia corda tu dirigas P. Postcō.

PResta nobis eterne salua-
tor: vt percipientes hoc mu
nere veniam peccatoꝝ deinceps
peccata vitem⁹. Per. In tpe pas.
ad memoriā de resurrectione. Or.

DEus q̄ per vnigenitum tuū
eternitatis nobis aditum de
uicta morte reserasti: vota nr̄a q̄
p̄ueniēdo aspiras: etiā adiuuando
prosequere. Per eundē. Secreta.

SUscipe dn̄e q̄s p̄ces ppl̄i tui
cum oblationibus hostiarū
vt paschalibus initiate misterijs
ad eternitatis nobis medelam te
operante p̄ficiant. Per. Postcō.

SPiritū in nobis dn̄e tue ca-
ritatis infunde: vt quos sa-
cramentis paschalibus satiasti:

tua facias pietate concordes. Per dominū. in vnitate eiusdem. Pro omnibus sctis per totū annū. Or.

Concede q̄s omnipotēs deus: vt intercessio scē dei genitricis marie sctōrūq̄ omnium celestiū virtutū et btōr patriarcharū prophetar/aplor/euāgelistarū martyrū/ cōfessorū / atq̄ virginum et omnium electorum tuorū nos vbiq̄ letificet: vt dū eorū merita recolimus: patrocinia sentiam⁹. P. eūdē. Secr.

Oblatis dn̄e placare muneribus: et intercedēte btā et gloriosa semperq̄ virgine dei genitrice maria cū oībus sctis tuis: a cūctis nos defēde periculis. P. eū. Post cō.

Sumpsimus dn̄e btē dei genitricis semperq̄ virginis marie et oīm sctōr tuorū memoriā recolentes sacramenta celestia: presta q̄s vt quod temporaliter gerimus: eorū precibus adiuti eternis gaudiis consequamur. Per eundem. Pro vniuersali ecclesia. Oratio.

Ecclesie dn̄e preces placatus admitte vt destructis aduersitatib⁹ et erroribus vniuersis secura tibi seruiat libertate. P. Secrē.

Protege nos dn̄e q̄sum⁹ tuis mysteriis seruientes: vt diuinis rebus et corpore famulemur et mente. Per dominum. Postcō.

Quesumus dn̄e deus nr̄ vt q̄s diuina tribuis participatione gaudere: humanis non sinas subiacere periculis. Per dominū nostrū. Pro pace. Oratio.

Deus a quo sancta desideria recta cōsilia et iusta sūt opera: da seruis tuis illā quā mūdus dare non potest pacē: vt et corda nostra mādatis tuis dedita et hostium sublata formidine: tēpa sint tua protectione trāquilla. P. Secrē.

Deus q̄ credētes in te ppl̄os nullis sinis cōcuti terroribus: dignare preces hostias dicate tibi plebis suscipere: vt pax tua pietate cōcessa xp̄ianorū fines ab oī hoste faciat esse securos. P. Post cō.

Deus auctor pacis et amator quē nosse viuere cui seruire regnare est: protege ab oībus īpugnationibus supplices tuos vt qui in defēsione tua cōfidimus nullius hostilitatis arma timeamus. P. Pro rege et regina. Or.

Deus ī cuius manu sūt corda regū: q̄ es humiliū cōsolator et fideliū fortitudo: et protector oīm ī te sperātiū: da regi nr̄o. N. et regine nr̄e. N. ppl̄oq̄ xp̄iano triūphū virtutis tue scienter excolere: vt p te sēp reparent ad veniā. P. Secrē.

Suscipe q̄s dn̄e preces et hostias ecclīe tue q̄s pro salute famuli tui regis nr̄i et regine et protectione fideliū ppl̄orū tue maiestati offerimus supplicātes vt antiq̄ brachiū tui te operante miracula supatis inimicis secura tibi seruiat xp̄ianorū libertas. Per. Postcōio.

Presta quesumus oīpotens deus: vt per hec mysteria sācta q̄ sumpsimus rex nr̄ et regina populusq̄ xp̄ianus semp rationabilia meditātes q̄ tibi placita sūt et dictis exequant et factis. Per do.

Ordo ad faciendū sponsalia. Querit quando potest matrimoniū solennizari. In principio dico q̄ carnalis copula non est facienda ante bn̄dictionē sup nubētibus: et ī festis solēnibus abstinēdum est a carnali copula: et hec est ratio q̄re ī certis tp̄ibus phibetur solēnitas matrimonii non tñ cōsensus: tū si solēnitas adhibeatur non retractetur matrimoniū

Et sic nota tēpora in qbus non est licitum solemnizare matrimoniū. Unde vsus **Aspiciēs veterē: circū qua: qs: bñdicta.** videlz in prīa dominica aduētus dñi abstinēdū est et ab hic vsq. **Veterē hōiem** id est oct. diē post festū epie inclusiue: id est in crastinum octa. Scdm tempus abstinēdi a nuptijs est a. **Circūdederunt.** id est dñica lxx. et ab hic vsq **Quasi mō geniti.** idē oc. diē pasche ꝯclusiue id est vsq i crastinū: et vocaṯ illa dies dñica in albis. Itē abstinēdū est a nuptijs in die lune in scda feria in rogationibus: ꝯ ibi legiṯ euāge. **Quis vestrū.** et ab hinc vsq **Bñdicta.** post oc. pēthe. iclusiue. id est vsq i crastinum triū. titulo de ferijs. c. **Capellanus.** Per host. In alijs vero tpib⁹ anni. licite pōt fieri solennitas nuptiaꝝ. xxxiij. q. iiij. cap. **Non oportet.** ij. et. iij. glosa extra de ferijs **Capellanus.** in glosa host. in libro. iiij. senten. di. xxxij. ca. vltio.

¶ De modo solēnizādi sponsalia.

Statuanṯ vir et mulier añ ostiū ecclie siue i faciem ecclie corā deo et sacerdote et pplo: vir aūt stet a dextris mulieris: mulier autē a sinistris viri: causa est qꝛ formata est ex costa sinistri lateris ade. Tunc sacerdos iterroget bāna: ꝯ postea dicat lingua materna cunctis audiētib⁹. **Ecce cōuenimus hic corā deo et angelis eius et oibꝫ sāctis in facie ecclie ad cōiūgēdum duo corpora scilicet huius viri ꝯ huius mulieris.** Hic respiciat sacerdos personas suas **vt a modo duo corpora vna caro: et due aie sint in side et i lege dei: ad ꝓmerēdā simul vitā eternā qcqd añ hec fecerint.** Deinde fiat admonitio ad pplm ligua materna sic **Admoneo vos oēs ꝑ patrem et filiū ꝯ spm sctm: vt si qs ex vobis est q sciat aliqd qre isti adolescētes legitime ꝯtrahere nō possint mō cōfiteaṯ.** Eadem monitio fiat ad virū et mulierē: vt si qd ab illis actū fuerit occulte vel si qd deuouerint vel aliquo modo de se nouerint quare legitime contrahere nō poterit: tūc cōfiteāṯ. Si vero aliqs ipedimentū aliqd ꝓponere voluerit: et ad hoc ꝓbādū cautionē ꝓstiterit: differenṯ sponsalia donec rei veritas cognoscaṯ. Si vero nullū ipedimentū ꝓponere voluerit iterroget sacerdos dotē mulieris. Non fidabit sacerdos neq cōsētiat ad fidationē inter virū et mulierē añ terciū edictū bānoꝝ et bāna debēt itterogari per tres dies solennes et disiūctas ita vt inter vnūquēq diē cadat ad minus vna dies ferialis. Post hec dicat sacerdos ad virū cūctis audiētibꝫ in lingua materna. **N. vis habere hāc mulierē in spōsā et eā diligere et honorare: tenere et custodire sanā et ifirmā: sicut sponsus debet spōsā: et oēs alias ꝓter eā dimittere et illi soli adherere qdiu vita vtriusq vestrum durauerit.** Rñdeat. **Volo.** Itē sacerdos ad mulierem **N. vis habere hunc virū in spōsū et illi obedire et seruire et eū diligere et honorare ac custodire sanū et ifirmū sicut spōsa debet spōsū: et oēs alios preter eum dimittere et illi soli adherere qdiu vita vtriusq vestrum durauerit.** Rñdeat **Volo.** Deinde detur femina a parte vel amico: qsi puella est: discoopertā habeat manū: si vidua tectā: quā vir recipiat in dei fide et sua seruādā sicut vouit corā sacerdote et teneat eā ꝑ manū dexterā in manu sua dextrā

Et si vir det fidē mulieri per verba de p̄sēti ita dicēs (sacerdote dicente) I. N. take the. N. to my wedded wyf to haue et to holde: for better: for wers for richere: for porere: in syknesse et in helthe tyll deth vs departe yf holy chyrch wolit ordeyne & ther to I plycht the my trouth. manū retrahendo.

Deinde dicat mulier sacerdote dicēte. I. N. take te. N. to my wedded husbonde to haue et to holde for better / for wers for richere / for porer in syknesse et in helthe to be bonour and buxum: in bed et at bord: tyll deth vs departe yf holy chyrce wolit ordeyne: and ther to I plycht te my throuthe. manum retrahēdo. Deīde ponat vir aurū et argētū et anulū super scutū vel librū et tūc querat sacerdos si anul⁹ antea fuerit bn̄dictus vel nō: si dicatur q̄ nō tunc benedicat sacerdos anulum hoc modo

Dominus vobiscū. Oremus. Or.

Creator et conseruator humani generis dator gratie sp̄ualis largitor eterne salutis: tu dn̄e mitte bn̄ ✠ dictionem tuam super hunc anulum vt que illum gestauerit: sit armata virtute celestis defēsionis: et p̄ficiat illi ad eternā vitā. p̄ xp̄m. Oremus. Or.

Benedic dn̄e hunc anulū quē nos in tuo sc̄to noīe bn̄dicimus: vt q̄cū q̄ eū portauerit: in tua pace cōsistat et in tua voluntate p̄maneat: & in amore tuo viuat et crescat et senescat et multiplicet in longitudine dierū. Per.

Tūc asp̄gatur aqua bn̄dicta super anulū. Si aūt antea fuerit anulus ille bn̄dictus tūc statim postq̄ vir posuerit anulum sup̄ librum accipiens sacerdos anulū tradat ipsū viro: quem vir accipiat manu sua dextera: cū tribus principalibus digitis & manu sua sinistra tenēs dexteram spōse: docente sacerdote dicat. With thys ryng I te wedde and thys gold et siluer I the geue: and wyth my body I te worscype: and wyth all my wordly catell I te honore. Et tunc p̄ferat sponsus anulum pollici sponse dicens In noīe p̄tris. ad sc̄dm digitum. et filii. ad terciū digitum et sp̄us sancti. ad quartū digitum Amen. Et ibi dimittat eum sc̄dm decretū. xxx. q. v. c. Femine ad sinē: q̄r in illo digito est quedam vena p̄cedens vs q̄ ad cor: et in sonoritate argēti designat dilectio q̄ inter eos sēp debet eē recēs. Tūc īclinatis capitib⁹ eoꝝ dicat sacerdos bn̄dictionē sup̄ eos. Bn̄dicti sitis a dn̄o q̄ fecit mūdū ex nichilo. Videtur. Amē. Tūc dicat iste ps.

Manda deus virtutem tuā cōfirma hoc deus qd̄ operatus es in nobis. A templo tuo in Ierusalē tibi offerēt reges munera. Increpa feras arūdinis cōgregatio taurorū in vaccis p̄pl̄oꝝ: vt excludāt eos qui p̄bati sūt argento. Gloria patri & filio. Sicut erat. Kyrie eleysō. Xp̄e eleysō. Kyrie el. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Bn̄dicam⁹ patrē & filiū cū sancto sp̄u. Laudem⁹ & superexaltem⁹ eū in sc̄la. Laudem⁹ dn̄m quē laudāt angeli. Quē cherubi & seraphi sanctus sanctus sanctus p̄clamāt. Dn̄e exaudi. Et clamor. Dn̄s vobiscū. Et cū sp̄u tuo. Orem⁹. Or.

Deus abrahā / deus ysaac / deus iacob sit vobiscū & ipse vos coniungat impleat q̄ benedictionem suam in vobis. Qui viuit. Alia oratio cū Oremus. Oratio.

B Ene✠ dicat vos deus pater: custodiat vos iesus xps illuiet vos sp̄us sanctus: ostendatq; dn̄s faciem suam in vobis et misereatur vr̄i: conuertat vultū suum ad vos et det vobis pacem: impleatq; vos omni benedictione sp̄uali in remissionem peccatorū vestrorum vt habeatis vitā eternam et viuatis in secula seculorum. Amē. Hic intrent in ecclīam vsq; ad gradum altaris et sacerdos in eūdo cū suis ministris dicat p̄m Beati oēs. siue nota cum Gloria patri et Sicut erat Kyrieleysō. Xp̄e el. Kyriel. tūc p̄stratis spōso et spōsa añ gradum altaris. roget sacerdos circunstantes: orare pro eis dicens. Pater noster Et ne nos Sed libe. Saluum fac seruum tuum et ancillā tuā. De⁹ me⁹ sperantes in te. Mitte eis dn̄e auxilium de sctō. Et de syō tuere eos. Esto eis dn̄e turris fortitudinis. A facie inimici. Dn̄e exaudi. Et cla. Dn̄s vobiscū Et cū spiritu tuo Orem⁹. Oratio

B Enedicat vos dn̄s ex syon vt videatis q̄ bona sunt hierusalē oīb⁹ diebus vite vr̄e: et videatis filios filiorum vr̄orum et pacem sup israel. Per. Oremus. Oratio

D Eus abrahā/deus ysaac/et deus iacob: bene✠ dic adolescētes istos et semina semē vite eterne in mētibus eorum: vt qcqd p vtilitate eorum didicerint hoc facere cupiant per iesum xp̄m recuperatorem hominū. Qui tecum viuit. Respondet Amen. Oremus. Or.

R Espice dn̄e de celis: et bene✠ dic cōuētionē istā: et sicut misisti sc̄tū angelū tuū raphaelē ad thobiā et saram filiā raguelis: ita digneris dn̄e mittere bene✠ dictionē tuā sup istos adolescētes vt in tua volūtate p̄maneāt et in tua securitate cōsistāt et in amore tuo viuant et crescant senescant et digni atq; pacifici fiant: et multiplicentur i longitudinem dierū Per christum. Oremus. Oratio.

R Espice dn̄e propicius super hūc famulū tuū et sup hanc famulā tuā: vt in noīe tuo bene✠ dictionē celestē accipiant: et filios filiorum suorum et filiarum suarū vsq; in terciā et quartā gn̄ationē incolumes videāt et in tua volūtate sēp p̄seuerēt et in futuro ad celestia regna perueniant. p. Oremus. Or.

O Mn̄ps sempiterne deus: qui p̄rimos parentes nr̄os adā et euā sua virtute creauit: et i sua sanctificatione copulauit: ip̄e corda et corpora vestra sancti✠ ficet et bene✠ dicat atq; in societate et amore vere dilectionis coniungat. Per dominum nostrum iesū.

¶ Deinde bn̄dicat eos dicens sic.

B Ene✠ dicat vos omni benedictione celesti efficiatq; vos dignos in conspectu suo: sup abūdet in vobis diuinitas glorie sue et erudiat vos virgo veritatis vt et corpore pariter et mente complacere valeatis. R̄ndetur. Amen. Finitis oronib⁹ et itroductis illis in presbiterium scz inter chorū et altare ex parte ecclesie australi, et statuta muliere ad dexteram viri, scz inter ipsum et altare incipiatur missa de trinitate. Officium.



Enedicta sit sancta trinitas atq; indiuisa vnitas confitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam. In tempore pas. alleluya alleluya. ps. Benedicamus patrem et filium cū sc̄tō sp̄ū.

non dicit vlterius. Kyrie. cū suis
versibus dī. ad hanc missā seruet
modus et ordo p oīa qui in dupli-
cibus festis. Gloria in excel. Iste
due orōnes dicūtur sub vno. Ore
mus ꝛ sub vno Per dnm. Oratio

Omnipotens sempiterne deus: q̄ de
disti famulis tuis in cōfessi-
one vere fidei eterne trinitatis
gloriam agnoscere: et i potētia ma-
iestatis adorare vnitatem. q̄s: vt
eiusdem fidei firmitate ab oībus
semp muniamur aduersis. Oro.

Exaudi nos omnipotēs ꝛ mi
sericors deus: vt quod no-
stro ministratur officio: tua bene-
dictione potius impleatur. Per
dnm nostrū. Ad corinthios. i. vi. c.

Fratres: Nescitis qm corpo
ra vestra membra sunt xpi.
Tollens ergo membra xpi facies
meretricis? Absit. An nescitis qm
qui adheret meretrici vnū corp9
efficit. Erūt enī inquit duo in car-
ne vna. Qui aūt adheret dño vn9
spūs est. Fugite fornicationem.
Omne enim pctm̄ qdcūq fecerit hō
extra corpus est. Qui aūt fornicat
in corpus suū peccat. An nescitis
qm mēbra vr̄a tēplū sūt spūs sc̄i
qui in vobis est quē habetis a deo
et nō estis vestri? Empti enī estis
pcio magno: honorificate et por-
tate deum in corpore vestro. Gr.
Bndict9 es dn̄e qui intueris abis-
sos: ꝛ sedes sup cherubin. V. Bndici
te deū celi q2 fecit nobiscū miā suā
Allā. V. Benedictus es dn̄e deus
patrū nostroꝝ ꝛ laudabilis isecla.
Si in tpe pas cōtigerit scdm. Allā
erit vnum de ebdo. pasche: vel de
illis que scribūtur post officium.
Quali modo genitri. Sequentia.

Alma chorus dn̄i nunc pan-
gat noīa summi. Messyas
sother emanuel sabaoth adonay.
Est vnigenitus via vita manus
omousion. Principiū pmogenitus
sapiētia virtus. Alpha caput finis
q simul vocitat ꝛ est oo. Fōs ꝛ ori
go boni paraclitus ac mediator.
Agn9 ouis vitul9 serpēs aries leo
vermis. Os vbū splēdor sol glia
lux ꝛ ymago. Panis flos vitis mōs
ianua petra lapisq. Angelus et
sponsus pastorq propheta sacer-
dos. Athanathos kyros theon
panthō cratō et ysus. Saluificet
nos. Sit cui secla Per oīa dona.
Secundum matheum. xix. capl'o.

In illo tpe: Accesserunt ad ie-
sū pharisei: tentātes eū ꝛ di
cētes. Si licet hoī dimittere vxo-
rem suā quacūq ex causa? Qui re
spondēs ait illis. Nō legistis q2 q̄
fecit hoiem ab initio masculū ꝛ fe-
minā fecit eos? Et dixit eis. Pro-
pter hoc dimittet hō patrē et ma-
trē et adherebit vxori sue et erunt
duo in carne vna. Itaq iā nō sūt
duo: sed vna caro. Qđ ergo de9 cō
iūxit: hō nō separet. Credo. Offr.
Bndict9 sit de9 pr vnigenitusq dei
fili9 scūs q spūs: q2 fecit nobiscū
miam suā. In tpe paschali. allā.
Nota q odor thuris bndicti nūc
q dat i ecclia spōsoꝝ spōse. Inter ꝛ
q oblatio thure bndicto sit altare
si descēdat thuribulū ad clericos:
vel ad laicos aliud thus ꝛ oppone
dū: et clericis vl laic' offerēdū. Secre.

Sanctifica q̄s dn̄e de9 trinitas
sācta per tui sc̄i noīs inuoca-
tionē hui9 oblatiōis hostiā: et per
eā cooperāte spūsctō nosmetipos
tibi: pfice mun9 eternū. Alia secre.

Adesto domine supplicatio-
nibus nostris: et hanc obla
tionem quam tibi offerimus pro
famulis tuis quos ad statum ma-

turitatis et ad diē nuptiarū pdu=
cere dignatus es: placatus ac be=
nignus assume. p. Prefatio. Qui
cum unigenito. Post. Sanctus.
psternant se sponsus et sponsa in
oratione ad gradum altaris extenso
pallio sup eos qd teneant qttuor
clerici in superpellicijs ad quat=
tuor cornua: nisi alter eorū vel ābo
prius desponsati fuerint et benedi=
cti: qr tunc non habet palliū super
eos neqꝫ sacramentalis bñdictio.
Deinde dicto. Per oia sctasctorū
et rpo. Amen. post. pater noster.
anteqꝫ dicitur. Pax dñi. facta fra
ctione eukaristie more solito di=
missa hostia in tribus fractioni=
bus super patenam dicat sacerdos
cōuersus ad eos seqntes orones
sub tono lectionis illis iterim ge=
nuflexis sub pallio. Dñs vobiscū.
Et cū spū tuo. Oremus. Oratio

Ropiciare dñe sup plicatio=
nibus nostris: et institutis
tuis qbus ppaginē humani gene=
ris ordinasti benignus assiste: vt
quod te auctore cōiūgitur: te auxi
liante seruet. p. Oremus. Oratio

Eus qui potestate virtutis
tue de nichilo cuncta crea=
sti: qui dispositis vniuersitatis ex
ordijs: hoi ad ymaginem dei fa=
cto: ideo iseparabile mulieris ad=
iutoriū condidisti vt femines cor=
pori de virili dares carne princi=
piū: docens qd ex vno placuisset
institui nunqꝫ liceret disiungi.
Caueat sacerdos de ista clausula

Eus qui tā excellenti myste
rio cōiugalē copulam con=
secrasti: vt rpi et ecclesie sacramē=
tū presignares in fe dere nuptiarū
qr non dicit in scdis nuptijs. Or.

Eus per quē mulier iungit
viro et societas pncipaliter
ordinata ea bene ✠ dictione dona
tue que nec sola per originalis pcti
penā; nec per diluuij est ablata se=
tentiā. Respice qs ppicius super
hāc famulā tuā q maritali iūgen=
da cōsortio: tua se expetit ptectio
ne muniri. Sit in ea iugū dilecti=
onis et pacis fidelis et casta nubat
in rpo: imitatrixqꝫ sanctarū perma
neat feminarū. Sit amabilis vt
rachel viro: sapiēs vt rebecca: lon
geua et fidelis vt sara. Nichil in
ea ex actibus suis ille auctor preua
ricationis vsurpet: nexa fidei mā
datisqꝫ pmaneat vni thoro iūcta
ptact⁹ illicitos fugiat muniat infir
mitatē suā robore discipline. Sit
verecūdia grauis: pudore vene=
rabilis: doctrinis celestib⁹ erudita
Sit fecūda in sobole sit probataqꝫ
inocēs: et adoptatā pueniat sene
ctutē: et videat filios filiorū suorū
vsqꝫ in terciā et quartā pgeniem:
et ad beatorū requiem atqꝫ ad cele
stia regna perueniat. Per dominū
Notandū est qꝫ hec clausula in
orone pdicta: scz Deus qui tā ex=
cellēti. vsqꝫ ad. Deus p quē mulier
nō dr i scdis nuptijs. Vir eni aut
mulier ad bigamiā trāsiēs non de
bet iterū a sacerdote bñdici: qr ca=
ro benedicta trahit ad se carnem
nō bñdictam: et in titulo de scdis
nuptijs inhibitū est: a per decret.
xxx. q. Hac ratione bñdictio non
dat in scdis nuptis qd testat bea=
tus ambrosius sic. Prime nuptie
a dño sūt institute: scde vero per=
misse. Prime autē sub oi bñdictio
ne celebrant scde vero carent aliq
bñdictione. Sed cū plures bñdi=
ctiones sint i nuptijs celebrādis:
scz in introitu chori sub pallio post
missā et sup thorū in sero. Quero
q bñdictio sit iterāda in scdis nu=

ptijs et q̄ nō- dicendū est q̄ in hac ōone. Deꝰ q̄ potestate virtutis sūt tres bñdictiones q̄ idē habent principiū scz. Deus. media est omno omittenda in scđis nuptijs scz ista. Deus q̄ tā excellēti. vcꝭ. q2 in ista bñdictione agit̄ de vnitate xp̄i et eccl'ie: qđ figurat̄ in p̄mo matrimonio: non aūt in scđo. Vñ ap̄ls ad corinthios sexto. Erūt duo in carne vnā et extra de bigamis. c. Debitū vnius vxoris Sed q̄ adheret pluribꝫ dissoluit vnitatē: vel fedus vnitatis: et ideo benedictio q̄ agit de vnitate: scz. Deꝰ qui tam excellenti. nō dr̄ in scđis nuptijs. Et hoc est verū tā p̄ viro bigamo q̄ pro muliere vidua: q2 caro benedicta trahit ad se carnē non bñdictā. Sed oēs alie benedictiones indifferēter debent dici scđm romanā ecclesiā: et scđm. hostiēsē ꝫ thomā de aq̄no et mozardū doctorem Et sciendū est q̄ ista q̄stio discussa erat et determinata in sacro palacio dñi [illegible] et trāslata in angliā per magistrū. Johannē haystede Anno dñi mil. ccc. xxi. Et causa discussionis erat: q2 multi sacerdotū tūc t̄pis ad sedē ap̄licā cōuolarūt causa obtinende absolutionis bñficiū: p̄ bñdictionibus in scđis nuptijs collatis indiscrete. Ideo statuit̄ sup̄ hoc noua ꝯstitutio iohannis [illegible]. xxij. que sic incipit.

Concertationi antique finē imponere cupiētes: p̄senti declaramꝰ edicto: q̄ licet vir vel mulier ad bigamiam vel ad scđas nuptias trāsierit bñdici non debent cum fuerint alias bñdicti. Nā si forsan alter eorū vel ambo essent ad secundas nuptias transituri: et in p̄mis nuptijs bñdicti non fuerint: danda est eis benedictio in secundis nuptijs. Sane volentes antiquū rigorem temperare, concedimus q̄ presbiter qui secūdas nuptias benedixerit scienter ad sedem apostolicā ex hoc venire minime teneatur: sed a pena suspensionis hoc casu a iure indicta per suos potest diocesanos absolui. Si vero iuxta opinionē quorumdā hactenus nō reputantes ex se suspensos: ordines quoslibet seu q̄uis beneficia receperint: diocesani eorū a pena suspensionis predicte ipsos absoluere ac super executione ordinum ꝯ tentatione beneficiorum huiusmodi cum eis valeant licite dispensare. Sic q̄ri potest: quare secunde nuptie non benedicūtur. Ad hoc dico q̄ scđm matrimoniū q̄uis in se considleratum habeat sacramentū: tamē in ordine ad primū sacramentū aliquid habet defectu sacramenti, quia non habet plenam significationem cum non sit vna vnius sicut est in matrimonio xp̄i et eccl'ie et ratiōe huiꝰ defectus bñdictio a scđis nuptijs substrahitur sed hoc intelligēdū est qñ scđe nuptie sunt scđe ex parte viri et ex parte mulieris vel ex parte mulieris tm̄. Si eni v̄go ꝯtrahat cū illo qui habuit aliam vxorē: nichilominꝰ nuptie benedicuntur. Saluatur et alio modo significatio etiam in ordine ad primas nuptias: q2 xp̄s si vnā ecclesiā habet: habet tamen plures personas desponsatas in vna ecclia. Sed aīa non potest alterius sponsa esse q̄ xp̄i: q2 cū demone fornicat̄: nec est matrimonium spirituale: et p̄pter hoc qñ mulier scđo nubit: nuptie non benedicunt̄ p̄pter defectū sacramēti Post hec vertat se sacerdos ad al-

tare et dicat. Pax dñi. et Agn⁹ vel
more solito. Tunc amoto pallio sur
gāt ab orone spons⁹ & spōsa: & acci
piat spons⁹ pacē a sacerdote & ferat
spōse osculās eā & nemini alii nec
ipse nec ipa: sed cleric⁹ stati a psbi-
tero pacē accipiēs pferat aliis si-
cut solitū est. Cōio. Benedicimus
deū celi: & corā oībꝫ viuētibꝫ cōfitebi
mus ei: qꝛ fecit nobiscū miam suā.
In tpe paschali allā allā. Postcō

Proficiat nobis ad salutem
corporis & aie dñe de⁹ huius
sacramēti susceptio: et sempiterna
scē trinitatis eiusdēq; indiuidue
vnitatis confessio. Alia postcōio.

Quesumus ops deus instituta
puidētie tue pio amore co-
mitare: vt quos legitima societate
cōnectis: lōgeua pace custodias. Per
Post missa bndicat panis et vinū
vel aliqd bonū potabile in vascu-
lo et gestent in noie dñi sacerdote
dicente. Dñs vobiscum. Et cum
spiritu tuo. Oremus Oratio.

Bene ✠ dic dñe istū panem &
hunc potū et hoc vasculū si-
cut bndixisti qnq; panes in deser-
to et sex hydrias i chana galilee:
vt sint sani et sobrij atq; imacula
ti oms gustantes ex eis saluator
mūdi. Qui vi. et reg. cū deo patre
in vnita. eiusdē. Per. Nocte vero
cū spōsus et sponsa ad lectū perue
nerint: accedat sacerdos & benedi
cat thalamū dicens Dñs vo. Et
cū spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Bene ✠ dic dñe thalamum
istū et oēs habitātes in eo: vt
in tua pace cōsistāt: et in tua volū
tate pmaneāt: et in tuo amore vi-
uant et senescant: et multiplicent
in longitudinem dierū. Per xpm.
Bndictio sup lectū tm cum. Dñs
vobiscū. Et cū spū tuo. Ore⁹ Or.

Bene ✠ dic dñe hoc cubiculū
q nō dormis neq; dormitas:
qui custodis isrl custodi famulos
tuos in hoc lecto qescētes ab oībꝫ
fātasmaticis demonū illusionibus
custodi eos vigilātes: vt i pceptis
tuis meditent dormiētes te per so
porē sētiāt: et hic & vbiq; defēsiōis
tue sp muniant auxilio. ¶ Deinde
fiat bndictio sr eos i lecto cū Ore⁹

Benedicat deus corpora. Or
vr̄a et aīas vr̄as: et det super
vos bndictionem sicut benedixit
abraham ysaac et iacob. ℞. Amen
Alia benedictio cū Oremus. Or.

Manus dñi sit sup vos: mit-
tatq; angelū suū sanctū qui
custodiat et foueat vos oībꝫ diebꝫ
vite vestre. ℞. Amen. Itē alia be
nedictio sup eos cū Oremus. Or

Benedicat vos pater et fili⁹
et spūs sctūs: q trin⁹ est in
numero et vn⁹ in noie ℞. Amen.
His pactis aspgat eos sacerd. aq
bndicta: et sic discedat & dimittat
eos i pace. ¶ Benedictio panis in
diebus dñicis. In pmis legat sa-
cerd. euāgeliū In pncipio. et post
ea dicat. V. Sit nomē dñi bndictū
Ex hoc nūc & vsq; i sclz. Bndicam⁹
dño. Deo grās. Deinde dicat Dñs
vo. Et cū spū tuo. Oremus. Or.

Bene ✠ dic dñe hāc creaturā
panis sicut bndixisti quinq;
panes in deserto: vt oēs gustātes
ex eo tā corporis & aīe recipiāt sa-
nitatē. In nomine pris et filij et
spiritus sancti. Amen Hic aspgat
sacerdos aquā benedictā super pa
nem. ¶ Benedictio mulieris post
partū ante ostium ecclesie. In pri-
mis dicat sacerdos hos ps. Le-
uaui oculos. ps Vbi oēs cū Gloria
pri. Kyriel. Xpel. Kyriel. Pater
noster. Et ne. Sed li. Dñe saluam

tac ancillã tuã. De⁹ me⁹ sperãtẽ i te
Mitte ei auxiliũ de scõ. Et de syon
tuere eã. Esto ei dñe turris fortitu-
dinis. A facie inimici. Dñe exaudi.
Et cla Dñs vo Et cũ. Orem⁹. Or
Deus qui hãc famulã tuam
de pariendi piculo liberasti
et eã i seruitio tuo deuotã esse feci
sti: concede vt tpali cursu fideliter
pacto. sub alis mie tue vitam ppe
tuã et quietã consequat. P. Tunc
aspgat mulier aq bndictã a sacer
dote dicẽte. Asperges. Deide indu-
cat eã sacerdos per manũ dexterã
in ecclesiam dicendo Ingredere in
templũ dei vt habeas vitam eter
nam et viuas in scla scloꝛ. Amen

Ordo ad seruitium pegrinoꝝ
In pmis dic psalmi seques
tes sup eos corã altari prostratos
postq̃ confessi sunt. Psalmus

Ad te dñe leuaui aiam meã:
deus meus in te cõfido non
erubescã. Neqꝫ irrideant me ini
mici mei: etenim vniuersi q sustinẽt
te nõ cõfũdent. Confũdant oẽs
iniqua agentes supuacue. Vias
tuas dñe demonstra michi: et se-
mitas tuas edoce me. Dirige me
in veritate tua et doce me: qꝛ tu es
deus saluator meus et te sustinui
tota die. Reminiscere miseratio
nũ tuaꝝ dñe et miaꝝ tuaꝝ que a
sclo sũt. Delicta iuuẽtutis mee:
et ignorãtias meas ne memineris.
Scdm miam tuã memẽto mei tu
ppter bonitatem tuã dñe. Dulcis
et rectus dñs: ppter hoc legẽ da-
bit delinquentibus in via. Diri-
get mãsuetos in iudicio: docebit
mites vias suas. Vniuerse vie
dñi mia ꝫ veritas requirentibus te-
stamentũ eius et testimonia eius
Propter nomen tuũ dñe ppicia
beris pctõ meo: multum est enim

Quis est homo qui timet dominũ
legem statuit ei in via quã elegit
Anima ei⁹ in bonis demorabit:
et semẽ ei⁹ hereditabit terrã. Fir
mamẽtũ est dñs timẽtibꝫ eũ: ꝫ te
stamẽtũ ipsi⁹ vt manifestet illis.
Oculi mei semper ad dñm: qm ipe
euellet de laqueo pedes meos.
Respice in me et miserere mei: qꝛ
vnicus ꝫ pauper sum ego. Tribu
lationes cordis mei multiplicate
sunt: de necessitatibus meis erue
me. Vide humilitatem meam et
laborem meum: ꝫ dimitte vniuer
sa delicta mea. Respice inimicos
meos quoniam multiplicati sũt:
et odio iniquo oderũt me. Custo-
di aiam meam et erue me: non
erubescam quoniam speraui in te
Innocentes et recti adheserunt
michi: quia sustinui te. Libera
deus israel: ex oĩbus tribulatio-
nibus suis. Gloria patri et filio.
Sicut erat in principio. Psalm⁹

Miserere mei deus: secundũ
magnam miam tuam. Et
secundum multitudinem misera
tionũ tuaꝝ: dele iniquitatẽ meã.
Amplius laua me ab iniquitate
mea: et a peccato meo munda me.
Qm iniquitatẽ meã ego cogno-
sco: et peccatũ meũ contra me est
semp. Tibi soli peccaui et malũ
coram te feci: vt iustificeris in ser-
monibus tuis et vincas cum iudi
caris. Ecce ei in iniqtatib⁹ cõcept⁹
sum: ꝫ in pctis concepit me mater
mea. Ecce eni vitatẽ dilexisti: in
certa et occulta sapientie tue ma-
nifestasti michi. Asperges me
dñe ysopo et mundabor: lauabis
me et sup niuẽ dealbabor. Audi-
tui meo dabis gaudium ꝫ leticiã:
et exultabunt ossa humiliata.
Auerte faciem tuam a peccatis

meis: et omnes iniquitates meas dele. Cor mundū crea in me deus et spm̄ rectū innoua in visceribus meis. Ne proijcias me a facie tua: et spm̄ sanctum tuum ne auferas a me. Redde michi leticiam salutaris tui: et spū principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: et impij ad te cōuertent. Libera me de sanguinib⁹ deus deus salutis mee: et exultabit lingua mea iusticiā tuā. Dn̄e labia mea aperies: et os meū annūciabit laudē tuam. Quoniā si voluisses sacrificium dedissem: vtiqꝫ olocaustis non delectaberis. Sacrificiū deo spūs contribulat⁹: cor contritū et humiliatum deus non despicies. Benigne fac dn̄e in bona voluntate tua syon: vt edificentur muri hierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iusticie oblationes et olocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos. Gloria. psalmus

Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi commorabitur. Dicet dn̄o susceptor meus es tu: et refugium meū: de⁹ me⁹ sperabo in eū. Qm̄ ipse liberabit me de laqueo venātiū: et a verbo aspero. Scapulis suis obūbrabit tibi: et sub pennis eius sperabis. Scuto circūdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno. A sagita volante in die a negocio pambulāte in tenebris: ab incursu et demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis ad te autem non appropinquabit. Ueruntamen oculis tuis considerabis: et retributionē peccatorū videbis. Qm̄ tu es dn̄e spes mea: altissimū posuisti refugium tuum. Non accedat ad te malū: et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniā angelis suis mādauit de te: vt custodiāt te in oībus vijs tuis. In manib⁹ portabunt te ne forte offendas ad lapidē pedē tuum. Sup aspidē et basiliscū ambulabis: et cōculcabis leonē et drachonē. Qm̄ in me sperauit liberabo eū: protegā eū qm̄ cognouit nomē meū. Clamauit ad me et ego exaudiā eum: cū ipso sum in tribulatione: eripiā eū et glorificabo eū. Longitudine dierū replebo eum: et ostendam illi salutare meum. Gloria patri et filio. Kyrie eleison. Xpe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Ego dixi dn̄e miserere mei. Sana aiam meam quia peccaui tibi. Uias suas dn̄s demōstret tibi. vel. vobꝭ. Et semitas suas doceat te. Gressus tuos dirigat dn̄s secundū eloquiū suū. Ut nō dominetur tui omnis iniusticia. Utinā dirigātur vie tue. Ad custodiēdas iustificationes domini. Perficiat domin⁹ gress⁹ tuos in semitis suis Ut non moueantur vestigia tua. Benedictus dn̄s de⁹ die quotidie. Prosperū iter faciat tibi de⁹ salutarium nostrorum. Angelus dn̄i bonus comitetur tecū. Et bene disponat itinera tua et actus tuos vt iterum cum gaudio reuertaris ad ppria. Beati imaculati in via. Qui ambulant in lege domini. Nichil pficiat inimicus in te. Et fili⁹ iniquitatis nō apponat nocere tibi. Exurge dn̄e adiuua nos. Et libera nos ppter nomē tuū. Dn̄e de⁹ virtutū cōuerte nos. Et ostēde faciē tuā et salui erimus. Dn̄e exaudi. Et cla. Dn̄s vobiscū. Et cū. Orem⁹. Orō.

Adesto dn̄e supplicationibꝫ nostris: et viam famuli tui. N.

in salutis tue psperitate dispone
vt inter omnes vie et vite huius
varietates tuo semper ptegātur
auxilio. Per. Oremus. Oratio.

DEus qui ad vitā ducis et cō
fidētes in te paterna ptecti
one custodis: q̄s vt p̄sēti famu=
lo tuo. N. a nobis egredienti: ange
licum tribuas comitatū: vt auxi=
lio tuo protectus: nullius mali cō
citatur formidine. nullo cōprima
tur aduersitatis languore: nullis
irruentis inimici molestet insidijs:
sed spaciis necessarij itineris pro=
spero gressu peractis: ppriisq̄ lo=
cis restitutis: et recipiatur sospes
ac debitas exoluat tuo noi grās
Per xp̄m dn̄m. Oremus. Oratio.

DEus qui diligētibus te mi=
sericordiā tuā semper impē
dis et a seruiētibz tibi in nulla es
regione lōginquus: dirige viam
huius famuli tui. N. in volunta=
te tua: vt te ptectore te pducente
per iusticie semitas sine offensio=
ne gradiat. Per christū. ¶ Hic sur
gant peregrina pstratiōe. Sequa
tur benedictio pere et baculi hoc
modo. Dn̄s vo. et Oremus. Or.

DOmine iesu christe q̄ inesti=
mabili tua miseratione ac pa=
tris iussione spūsq̄ sc̄i cooperatione
de celo descēdere ouēq̄ perditam
dyabolica seductione voluisti q̄re
re atq̄ ppriis humeris ad celestis
patrie gregē referre q̄q̄ percepisti
filijs matris ecclesie orando pete
re bene viuēdo q̄rere ac pulsando
perseuerare vt citius inuenire va
leāt salutaris p̄mia vite: te humili=
ter inuocamus / quatenus sanctifican
do bene ✠ dicere digneris hāc pe=
rā et hunc baculū: vt q̄cunq̄ eā pro
tui nois amore lateri suo aplica=
re: atq̄ collo suo suspendere siue
in manibus suis gestare: itaq̄ pere
grinando suffragia sāctor (humili
comitante deuotione) studuerint
q̄rere: dextere tue protecti muni=
mine peruenire mereātur ad gau=
dia visionis eterne. Per te salua=
tor mundi. Qui vi. et reg. cū deo.
Hic aspgat aqua benedicta ꝯ po=
nat sacerdos collo pegrini dicens

IN noīe dn̄i nr̄i iesu xp̄i acci=
pe hanc perā habitū peregri
nationis tue: vt bene castigatus
saluatus merearis ad limina san
ctor quo pergere cupis perueni=
re: et peracto itinere tuo ad nos
reuertaris incolumis. Per eundē
Hic tradat ei baculum dicens.

ACcipe hunc baculū susten=
tationis itineris ac laboris
peregrinationis tue: vt deuincere
valeas oēs cateruas inimici ꝯ per
uenire securus ad limina sāctorū
quo pergere cupis et pacto obedi
entie cursu ad nos iterū reuerta=
ris cū gaudio. Per. Bn̄dictio cru=
cis pergētis hierusalē cū Dn̄s vo
biscū. Et cum. Oremus. Oratio.

DEus inuicte potentie pieta
tis immēse: atq̄ peregrinā
tiū totius cōsolationis auxilium
qui famulis tuis victricia arma
tribuis q̄s has cruces deuote hu=
militatis bene ✠ dicere digneris
et venerande crucis vexillum cu=
ius in eis est designata figura sit
inuictissimum robur tuorū seruo=
rum cōtra antiqui hostis nequissi
ma tētamenta: sit in via defensio
sit in domo protectio: sit vbiq̄ p̄si
diū. Per. Hic aspgat aquā bn̄di=
cta sup vestē. Deide si aliquis eor
pfectur⁹ est hierlm: det ei vestimē
tū cruce signatū: sacerdote dicēte.

ACcipe vestimentū cruce do
mini saluatoris nostri signa

tum ut per illud salus benedictio et virtus prospere proficiandi ad sepulchrum eius tibi comitetur. Qui cum deo patre et spiritu sancto vivit et regnat deus per omnia secula seculorum. His finitis dicatur missa pro iter agentibus. Officium.

Esto michi in deum protectorem: et in locum refugij ut saluum me facias quoniam firmamentum meum et refugium meum es tu: et propter nomen tuum dux michi eris et enutries me. In tempore paschali alleluya alleluya. Ps. In te domine speraui non confundar in eternum: in iusticia tua libera me et eripe me. Or.

Adesto domine supplicationibus nostris: et viam famulorum tuorum. N. in salutis tue prosperitate dispone ut inter omnes vie et vite huius varietates tuo semper protegantur auxilio. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Lectio libri genesis. xxiiij. capitulo.

In diebus illis: Locutus est abraham dicens. Dominus deus celi qui tulit me de domo patris mei / et de terra natiuitatis mee qui locutus est michi et iurauit dicens. Semini tuo dabo terram hanc: ipse mittet angelum suum coram te. Grad. Esto michi in deum protectorem: et in locum refugij ut saluum me facias. versus Deus in te speraui: domine non confundar in eternum. Alleluya. Vsus Qui timent dominum sperent in eum adiutor et protector eorum est. Si in tempore paschali contigerit: tunc erit secundum. Alleluya. unum de subscriptis quibus dictis reincipiantur et sunt nouem in numero. Alleluya Vsus. Mane nobiscum domine quia declinata est iam dies ad vesperum. Alleluya. V. Oportebat pati christum: et resurgere a mortuis et ita intrare in gloriam suam. Alleluya. V. Christus resurgens ex mortuis iam nõ moritur mors illi ultra non dominabitur. Alleluya. Vsus. Surrexit altissimus de sepulchro qui pro nobis pependit in ligno. Alleluya. V. Surrexit christus et illuxit populo suo quem redemit ipse de sanguine suo. Alleluya. Vsus Christus mortuus est propter delicta nostra et surrexit propter iustificationem nostram. Alleluya. Vsus Surgens iesus dominus noster stetit in medio discipulorum suorum dixit: pax vobis. Alleluya. Vsus Surrexit dominus et occurrens mulieribus ait auete tunc accesserunt et tenuerunt pedes eius. Alleluya. Vsus. In die resurrectiõis dicit dominus precedam vos in galileam. Secundum matheum. x. capitulo

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Euntes predicate dicentes: quia appropinquabit regnum celorum. Infirmos curate: mortuos suscitate / leprosos mundate / demones eijcite. Gratis accepistis gratis date. Nolite possidere aurum neq argentum in zonis vestris. Non peram / non calciamenta neq virgam / neq duas tunicas habeatis. Dignus est enim operarius mercede sua. In quamcumq autem ciuitatem aut castellum intraueritis: interrogate quis in ea dignus sit. Et ibi manete donec exeatis. Intrantes autem domum: salutate

ea dicentes. Pax huic domui. Et si quidem illa domus fuerit digna maneat pax vestra super eam. Si autem nō fuerit digna pax vestra ad vos reuertetur. Et quicunq; nō receperit vos: nec audierit sermones vestros: exeuntes de domo vel de ciuitate: excutite puluerem de pedibus vestris super eā. Amen dico vobis tollerabilius erit terre sodomorum et gomorreorum in die iudicij: q̄ illi ciuitati. Offerto.

Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum domine: quoniam nō derelinquis querentes te psallite domino qui habitat in syon: quoniam non est oblitus orationem pauperum. In tempore paschali. alleluya. Hic offerant peregrini. Secreta.

Propiciare quesumus domine supplicationibus nostris: et has oblationes quas offerimus pro famulis tuis benignius assume: vt viam illorum precedente gratia tua dirigas et subsequente comitari digneris vt de actu atq; incolumitate eorum secundum mie tue presidia gaudeamus. Per do. Communio. Tu mādasti mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigantur vie mee ad custodiēdas iustificatiōes tuas ¶ In tempore paschali. Alleluya alleluya. Postcommunio.

Sumpta quesumus domine celestis mysterij sacramenta ad prosperitatem itineris famulorum tuorum proficiant: et eos ad salutaria cuncta perducant. Per dominum nostrum iesum christū filium tuum. Post missam dicat sacerdos sequentes orationes super peregrinos prostratos coram altari siue profecturi fuerint hierusalem: siue ad sancti iacobi limina vel aliam peregrinationem cum. Dominus vobiscum. Or.

Deus infinite misericordie et maiestatis immense: quem nec spacia locorum nec interualla temporum ab his quos tueris abiungunt: adesto famulo tuo in te vbiq; confidenti et presta: vt per omnem quam iturus est viam dux ei et comes esse digneris: nichil ei aduersitatis noceat: nichil difficultatis obsistat: cuncta ei sint salubria: cūcta sint prospera vt sub ope mie quicquid iuste petierit desiderio celeri et prospero consequatur effectu. Per christum dominum nostrum. Alia oratio.

Omnipotens deus: qui es via veritas et vita: iter tuum in beneplacito suo disponat angelum suum raphaelem in hac peregrinatione tui custodem adhibeat qui ad loca desiderata cum pace te eundo perducat: et cum salute iterum te ad nos redeundo reducat. Sit interuentrix tui beata dei genitrix maria cum vniuersis angelis et archangelis patriarchis quoq; et prophetis. Sint intercessores tui sancti apostoli petrus et paulus cum ceteris apostolis martyribus confessoribus atq; virginibus: obtineantq; tibi sancti quorum queris vestigia cum omnibus sanctis iusta desideria: et prosperitatem remissionēq; omnium peccatorum ac vitam eternam. Per eundem dominum nostrum. Deinde communicent et recedant in nōie dn̄i.

Sciendum est q̄ quotidie per aduentū dn̄i quando chorus non regit vsq; ad vigi. nati. dn̄i: et ad oct. epy. vsq; ad. iiij. feriā. ante

pascha : et a crastino sctē trinita-
tis vsq adūētū dn̄i ante. iiij . dicit
missa pro fidelib⁹ defūctis in cap̄.
cū dya. et subdia albis cū amicti-
bus indutis tm̄ nisi p̄cedente die
fes. dup̄. vel oct. cū regie chori con
tigerit tūc eni nulla erit missa pro
defunctis in cap̄. et nisi qn̄ corpus
adest p̄ns: ꝛ etiā in ānniuer. ep̄orū:
tūc eni ad altare autenticū aliqn̄
dicitur missa aliqn̄ ad alia altaria
iuxta q̄ corpora eorū requiescunt
humata. Itē nulla fe. in pas. tp̄e
dr̄ missa capitularis ꝑ defūctis ni-
si fuerit corpus p̄ns vel ānniuersa.
vel aliqd̄ trigin. Ad missam. Offm̄

REquiē eternā dona eis
dn̄e: ꝛ lux ꝑpetua luceat
eis. ℣ Te decet hymnus
deus in syō et tibi reddet
votū in hierusalem exaudi oratio
nem meā ad te omnis caro veniet

Nota q̄ ad quālibꝫ mis. q̄ pro cor-
pore p̄sēti celebratur cuiuscunq
fuerit nisi fuerit ꝑ rege, vel reg. na
vel alio magno domino quinq di
cuntur orationes . Prima oratio.
**Om̄s sēpiterne de⁹ misericordiam
tuā supplices deprecamur vt ani-
mā famuli.** Secunda orō. **Deus
qui iter ap̄licos.** Tercia orō. **De⁹
venie** Quarta orō. **Om̄s et miseri
cors deus vnica salus mortalium**
Quinta orō. **Fideliū de⁹.** Infra
trigintis. qnq dn̄r orōes Pria orō
De⁹ cui ꝓpriū. minor et cete oro-
nes vt̄s ꝑ corpore p̄nti. Itē in xxx
die oēs orōes dn̄r vel infra trigin.
In oib⁹ ānniuer. qnq dn̄r orōnes.
Prima orō **De⁹ indulgētiaꝝ** cete
vt̄s ꝑ corpe p̄nti Si missa pro cor-
pore p̄nti vl ānniuer. cui⁹ cūq fue-
rit īfra trigin. celebret p̄ma orō ꝑ
corpe p̄nti vl ānniuer. dr̄ ii. ꝑ tri-
gin. orō **De⁹ cui ꝓpriū.** minor. iii

De⁹ q iter ap̄licos. iiij. **De⁹ venie
largitor.** v. **Fideliū.** Quēcūq cor-
pus est p̄ns et i ānniuer. ep̄oꝝ et de
canoꝝ eccle postq̄ executor officii
in īceptiōe misse altare thurifica-
uerit dya. cū thuribulo accedat et
corp⁹ illō i feretro vel i tūba ince-
set sic̄ ante euange. dū tractus ca
nit, icēsato p̄us altari et scio post-
q̄ sacer. sacrificiū añ lotionē loco
suo depositū thurificauerit idem
dya. thurificet: sicut p̄us: non cir-
cūeūdo corpus in feretro vel tūba
sed ex vtraq p̄te vtraq vice inci-
piēdo a capite sēp cū thurificaue-
rit. Nūq̄ eni thurificat corp⁹ ad
Placebo. vel **Dirige.** scd̄m vsum
sar: sed ad missā semp nisi fuerit
corpus regis/ ep̄i comitis vel ba-
ronis. Quotidie ante diem sepul-
ture pro corpore presenti: cuius-
cunq fuerit dicitur ista. Oratio.

DEus cui ꝓpriū est misereri
sēper ꝛ parcere: te supplices
deprecamur ꝑ aīa famuli tui quā
hodie de hoc sc̄lo migrare iussisti
vt nō tradas eā in manus inimici
nec obliuiscaris in finē: sed iubeas
illā ab āgelis sctis suscipi atq ad
regionē viuoꝝ ꝑduci vt q̄ i te spa
uit et credidit: sctōꝝ tuoꝝ mereat
societate letari ꝑ. Pro corpe p̄nti
et in ānniuer. trigin. ep̄oꝝ: et in die
aiaꝝ. Ep̄la. Ad thessaloū. i. ca.

FRatres: Nolum⁹ vos igno
rare de dormiētibꝫ vt nō con
tristemini sicut et ceteri q̄ spē non
habent. Si eni credimus q̄ iesus
mortuus est et resurrexit: ita ꝛ de⁹
eos q̄ dormierūt per iesū: adducet
cū eo. Hoc enim vobis dicimus in
verbo dn̄i: q̄ nos qui viuimus q̄
residui sumus in aduentu domini
non p̄ueniemus eos qui dormierūt
Qm̄ ipse domin⁹ in iussu et i voce

archãgeli: et ĩ tuba dei descẽdet de
celo: ꝛ mortui q̃ ĩ xp̃o sũt resurgẽt
p̃mi. Deĩde nos q̃ viuim⁹ q̃ reliqui
mansimꝰ rapiemur cũ illis in nubibꝫ
obuiã xp̃o in aera: et sic sp cũ dño
erimus Itaq; ꝯsolami inuicẽ ĩ vbis
istis. In anniuer. et trigin. aliorũ
quorumlibet. Lcõ libri macha. ij.

IN diebꝫ illis Vir fortissimus
Iudas collatõe factã: duodeci
milia dragmas argẽti misit hiero
solimam offerri, ea ibi pro peccatis
mortuoꝝ. Iuste et religiose de re-
surrectiõe cogitãs. Nisi eni eos q̃
ceciderãt resurrecturos speraret sup
fluũ videret ꝛ vanũ orare p mor=
tuis. Et qꝛ cõsiderabat ꝙ hi q̃ cum
pietate dormitionẽ acceperãt opti
mã hẽrẽt repositã grãꝫ Scã ergo
et salubris est cogitatio p defũctis
exorare vt a pctis soluãt. Hec dic
sequ. cple legãt p totũ ãnũ ad mis
sã q̃tid. p defũctꝭ alt̃nis vicibus p
totã ebd. L. li. apo. b. io. apli. xiiij.

IN dieb⁹ illis Audiui vocẽ de
celo dicẽtẽ michi Scribe Bti
mortui: q̃ ĩ dño moriũt Amodo eni
iã dicit spũs: vt reqescãt a labori
bus suis. Opa eni illoꝝ: sequunt
illos. Ad corinthios. i. xv.

FRatres: Xp̃s resurrexit a
mortuis p̃mitie dormiẽtiũ: qm̃ q̃=
dẽ p hoĩem mors: ꝛ p hoĩez resurre
ctio mortuoꝝ. Et sicut ĩ adã oẽs mo
riunt: ita ꝛ ĩ xp̃o oẽs viuificabũtur
vnusq̃sq; aũt ĩ suo ordine In oib⁹
missis pro defũctis ep̃is sp dr Gr.
Si ãbulẽ ĩ medio vmbre mortꝭ nõ
timebo mala qm̃ tu mecum es. V.
Virga tua ꝛ bacul⁹ tu⁹ ip̃a me ꝯso
lata sũt. Et idẽ gr. sp iciptãꝛ su⁹ V.
pcãteẽ a trib⁹ clericis de scda forma
hitu nõ mutato ad caput defũcti
si adest: sin autẽ ad gradũ chori. In
oib⁹ aliis missis p defũctis dr. Gr.
Requiem eternã dona eis dñe: ꝛ lux
ppetua luceat eis. V. Ĩ me eoꝝ ĩ bõis
demorẽt: ꝛ semẽ eoꝝ hereditet t̃rã.
Ita ꝙ idẽ gr. iciptãt ꝛ suus. V. pcã=
tetur a trib⁹ clericis de scda forma
hitu nõ mutato q̃ciẽsq; corp⁹ adest
p̃ns ad caput defũcti tm̃: si autẽ ad
gdũ chori ꝛ ĩ die aiaꝝ ĩ pulpito Ali=
as illõ idẽ gr. Requie. et suus. V.
Ĩ me eoꝝ. q̃tiẽscũq; cantaẽ in anni=
uer. ꝛ trigi. ꝛ ĩ missis fer. p defũctꝭ
post eoꝝ iceptionẽ a toto choro in
teri sedẽte absq; neuma ĩ fine pcã=
teẽ Q̃ciẽsq; corp⁹ adest p̃ns ꝛ ĩ oi=
bꝫ missis p ep̃is defunctis dicaẽ tr.
Sicut cer. ibidem vbi gr. a q̃ttuor
clericis de supiori gradu hitu non
mutato neq̃q̃ vt in aliis tractibus
alt̃nati sedẽtibꝫ sꝫ iteri ꝯtinue stã=
tibus ad caput corpis q̃d p̃ns fue.
vl' ep̃i defũcti si adest sin autem ad
gdũ chori q̃usq; finierit ip̃m trac.
ita ꝙ oẽs illi q̃ttuor cleri sil' primũ
V. iciptãt quẽ duo ex pte chori p̃n=
cipal' ꝓsequanẽ Seq̃ns V. ab aliis
duob⁹ ex altera pte cãteẽ ꝛ si alter
nis vicibꝫ singl'i V. toti⁹ tra. ab illis
q̃ttuor dñr cho. sil' iteri sedente, ita
q̃d vt oẽs sil' ip̃m tra. terminẽt tr.

SIcut ceru⁹ desiderat ad fõtes
aq̃ꝝ ita desiderat aĩa mea ad
te de⁹. V. Sitiuit aĩa mea ad deũ vi
uũ q̃n veniã ꝛ apparebo añ faciẽ dei
mei. V. Fuerũt michi lachrime mee
panes die ac nocte dũ dicit michi p
singulos dies vbi ẽ de⁹ tu⁹: In ãni=
uer. ꝛ trigi: ꝛ ĩ oibꝫ aliis missis p de
fũctꝭ dr seq̃ns tra. a toto ch. alt̃nati
sil' iteri sedẽte cũ cãtu ĩ gd ali' sꝫ hoc
notato: nisi ĩ die aiaꝝ tm̃: tunc eni
dr cũ eod cantu q̃ in dñica. lxx. a q̃t
tuor clericꝭ de supiori gdu hitu nõ
mutato ad gradũ cho. supradicto
mõ scꝫ q̃ tractus Sicut ceru⁹. Tr.

DE pfũdꝭ clamaui ad te dñe:
Dñe exaudi vocẽ meã. Fiãt
aures tue itẽdẽtes iorõem serui tui

Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit. Quia apud te propiciatio est et propter legẽ tuã sustinui te dñe. Pro corpore pñtis in oib⁹ anniuer. septi. trigin. epor. et in die alaꝝ: similr in dñicis et in ꝑ fer. quando dr missa ferialis in capl'o vel alibi dr hoc euãgeliũ. Scdm iohẽm. xi.

In illo tpe Dixit martha ad iesũ. Dñe si fuisses hic: frater me⁹ nõ fuisset mortu⁹ Sed et nũc scio quia quecũq; poposceris a deo: dabit tibi de⁹ Dixit illi ies⁹ Resurget frater tu⁹. Dixit ei martha. Scio quia resurget in resurrectione: in nouissimo die Dixit ei iesus. Ego sũ resurrectio et vita Qui credit in me: etiã si mortu⁹ fuerit viuet et ois q̄ viuit et credit in me: nõ morietur in eternũ. Credis hoc? Ait illi. Utiq; dñe. Ego credidi quia tu es xp̃s fili⁹ dei q̄ in hũc mundũ venisti. Fer. iii. S. ioh. vi

In illo tpe Dixit ies⁹ discipulis suis: et turbis iudeoꝝ. Omne quod dat michi pr ad me veniet: et eũ q̄ venit ad me non eiciã foras. Quia descẽdi de celo: nõ vt faciã volũtatẽ meã: sed volũtatẽ ei⁹ q̄ misit me Hec est aũt volũtas ei⁹ q̄ misit me patris: vt oẽ quod dedit michi non perdã ex eo: sed resuscitẽ illud in nouissimo die Hec est eni volũtas patris mei q̄ misit me: vt ois q̄ videt filiũ et credit in eũ: habeat vitã eternã Et ego resuscitabo eum: in nouissimo die Feria. iiii. Secundum iohannẽ v.

In illo t. Dixit ies⁹ discipulis suis: et turbis iudeoꝝ. Amen amẽ dico vobis: quia q̄ vbũ meũ audit et credit ei q̄ misit me: habet vitã eternã. Et in iudiciũ nõ venit: sed trãsiet a morte in vitã Amẽ amẽ dico vobis: quia venit hora et nũc est quando mortui audiẽt vocẽ filii dei: et qui audierit viuẽt Sicut eni pr habet vitã in semetipso: sic dedit et filio vitã habere in semetipso. Et ptãtẽ dedit ei iudiciũ facẽ: quia fili⁹ hois est. Nolite mirari hoc quia venit hora in q̄ oẽs qui in monumẽtis sũt audiẽt vocẽ filii dei: Et pcedẽt q̄ bõa fecerũt in resurrectionẽ vite Qui vo mala egerũt in resurrectionem iudicii. Feria. v. Secundum iohannem. v. caplo.

In illo t. Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeoꝝ. Sicut pr suscitat mortuos et viuificat: sic et fili⁹ quos vult viuificat Neq; ei pr iudicat quẽq; sed oẽ iudiciũ dedit filios vt oẽs honorificẽt filiũ sicut honorificãt prẽ. Qui nõ honorificat filiũ: nõ honorificat patrẽ q̄ misit illũ. Amẽ amẽ dico vobis: quia q̄ vbũ meũ audit et credit ei q̄ misit me habet vitã eternã. Et in iudiciũ nõ venit: sed trãsiet a morte in vitã. Fer. vi. Scdm iohẽm. vi.

In illo t. Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeoꝝ. Ego sũ panis viu⁹ q̄ de celo descẽdi Si quis mãducauerit ex hoc pãe viuet in eternũ. Et panis quẽ ego dabo: caro mea est pro mũdi vita. Litigabant ergo iudei adinuicẽ dicentes Quõ potest hic carnẽ suã dare nobis ad mãducãdũ? Dixit ergo eis iesus. Amẽ amẽ dico vobis nisi mãducaueritis carnẽ filii hois: et biberitis ei⁹ sanguinẽ: nõ habebitis vitã in vobis. Qui mãducat meã carnẽ et bibit meũ sãguinẽ habet vitã eternã. Et ego resuscitabo eũ in nouissimo die. Sabbato. Scdm iohannem. vi.

In illo t. Dixit ies⁹ discipulis suis et turbis iudeoꝝ. Amen amẽ dico vobis nisi mãducaueritis carnẽ filii hois et biberitis eius sanguinẽ nõ habebitis vitã in vobis Qui mãducat meã carnẽ et bibit meũ sanguinẽ: habet vitã eternã Et ego resuscitabo eũ: in nouissimo die Offer. Dñe iesu xp̃e rex glorie libera alas oim fidelium defunctoꝝ de manu inferni et de pro

ctis lacu libera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarus ne cadant in obscura tenebrarum loca: sed signifer sanctus michael representet eas in lucem sanctam quam olim abrahe promisisti et semini eius. Notandum est quod quandocumque corpus adest presens in omnibus anniuer. et trigi. post ablutionem manuum incipiat sacer. cum ministris in medio altaris hoc modo.

Hostias et preces tibi domine offerimus. Chorus respondeat. Tu suscipe pro animabus illis quarum hodie memoriam agimus: fac eas domine de morte transire ad vitam. Et iterum dicat sacer. private. In spiritu humilitatis more solito. Deinde dicat iterum private. Orate fratres et sorores pro fidelibus defunctis. Et chorus respondeat cantando. Requiem eternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis. Quam olim abrahe promisisti et semini eius. In omnibus vero aliis mis. pro defunc. que fieri dicuntur nec quod dictum est. pas. complet officiū mor. nec in die aiarum dicitur. In die aiarum tantum. Offertorium. O pie deus qui primum hominem ad eternam gloriam reuocasti pastor bone qui ouem perditam pius humero ad ouile reportasti: iuste iudex cum veneris iudicare libera de morte aias eorum quas redemisti ne tradas bestiis aias confitentes tibi nec derelinquas eas in finem. Ante diem sepulture. Secreta.

Suscipe quesumus domine misericors pro oblationem quam tibi offerimus pro aia famuli N. quam hodie de carnali corruptione liberasti: et concede vt ab omnibus humane conditionis excessibus his remediis expiata requie sempiterna die resurrectionis prestoletur. Per. In omnibus missis pro corpore presentis in omnibus anniuer. et trigi. et in die aiarum et quando viti. sit seruitium mor. ante pas. dicitur hec. Cōio Pro quorum memoria corpus christi sumitur dona eis domine requiem sempiternam. Et lux perpetua luceat eis. Pro quorum memoria sanguis christi sumitur dona eis domine requiem sempiternam. In omnibus aliis missis pro defunctis dicitur hec. Cō. Lux eterna luceat eis domine cum sanctis tuis in eternum quia pius es. Ante diem sepulture. Postcōio.

Presta quesumus omnipotens deus vt aiam famuli tui ab angelis lucis susceptam in preparata habitacula deduci facias beatorum. Per. Nota quod in anniuer. simplici cuiuscumque canonici: vel cuiuscumque alterius decanus. orqui in anniuer. chor. Eplā. Vir fortissimus Sy. Requiem. Aie eorum. a toto choro dicitur. Tractus. De profundis. sine a toto cho. cantetur. Euange. Domine puts. in fe. pnotatur. Nota etiam quod quando dicitur mis. mor. cum cantore chori et a toto choro iterum sedente cum suo. absque neuma pertenens sine et tr. De profundis cantu abbreuiato. Et sciendum est quod hec mis. que fer. in cho. dicitur pro fide. defunc. generaliter dici eis. an pas. quando complet officium mor. acetis in die aiarum. In die sepul. cuiuscumque corpus fuerit dicitur ista. Or.

Omnipotens sempiterne deus misericordiam tuam supplices deprecamur: vt aiam famuli tui cuius corpori debitum sepulture officium persoluimus: in sinu abrahe patriarche iubeas collocari: vt cum dies agnitionis tue aduenerit inter sanctos et electos tuos eam resuscitari precipias. Per. Sec.

Suscipe domine pro aia famuli tui hostiam quam te deo patri obtulisti pro nobis benigne: et qui causa hominum descendisti de celis: te redeunte secum perpetuam mereatur adipisci gloriam. Per. Postcō.

Presta quesumus domine: vt aia famuli tui cui hodie officia humanitatis exhibemus his sacrificiis expiata saluationis tue perpetuo munere perfruatur. Per. In die trigintali

Deus cui ꝓpriũ est misereri sẽꝑ et parcere ꝓpiciare aie famuli tui: et oia ei⁹ pctã dimitte vt mort⁊ vinculis absolut⁹ trãsire mereatur ad vitam. P. Secr.

Intuere q̄s oṗs eṫne de⁹ ⁊ placat⁹ suscipe dignare hoc sacrificiũ qḋ tibi offerim⁹ ꝑ aia famuli tui⁊ ꝯcede illi pacẽ ꝑpetuã et reputẽ se (Prosint q̄s (pitnã. p. P⁹cõ

Prosint q̄s dñe aie famuli tui diui celebratio sacramẽti. vt ei⁹ i q̄ sparauit et credidit eṫnã capiat te miserante ꝯsortiũ. p. In ãniuersariis. or.

Deus indulgẽtiarũ dñe: da aie famli tui: cui⁹ ãniuersariũ depositiõis diẽ ꝯmemoram⁹ refrigerij sedẽ qet⁊ btitudinẽ luis clari (tatem. p. Secr.

Propiciare dñe supplicationibus nr̃is ꝑ aia famuli tui. cuius hodie annua dies agitur: ꝑ q̄ tibi offerimus sacrificiũ laudis: vt eam scõrũ tuorũ ꝯsortio sociare digner⁊. p. P⁹cõ

Presta q̄s dñe: vt aia famuli tui cui⁹ ãniuersariũ depositiõis diẽ recolimus his purgata sacrificijs idulgẽtiã pariter ⁊ requiẽ capiat sẽpiternã. Per. Pro epis. Or.

Deus qui iter aplicos sacerdotes famulos tuos pontificali fecisti dignitate cẽseri: presta q̄s vt quorũ vicẽ ad horã gerebãt in terris: eorũ ꝑpetuo ꝯsortio letent̃ i celis. p. Secr.

Offerimus tibi dñe oblationẽ nr̃e fuitut⁊ ꝑ aiab⁹ famulorũ tuorũ põtificũ supplicãtes vt cũ ꝑsulib⁹ aplice dignitatis quorũ sunt executi officiũ: hẽre mereant̃ sẽpiterne btitudis portionẽ. p. Postcõ

Proficiat dñe q̄s aiabus famulorũ tuorũ põtificum diui celebratio misterij: vt q̄s in terris positos: hui⁹ muneris dispensatores esse fecisti: inter electos antistites eos iubeas cõnumerari. Per.

Pro fratribus et sororibus. Or.

Deus venie largitor et hũane salut⁊ auctor q̄s clemẽtiã tuã vt nr̃arũ ꝯgregationũ fratres ⁊ sorores q̄ ex hoc sclo trãsierũt: itercedẽte btã maria sẽꝑ vgie: ⁊ btõ michaele archãgelo cũ oib⁹ sctis: ad ꝑpetue btitudinis cõsortiũ puenire concedas. Per. Secr.

Deus cui⁹ mie nõ est nũer⁹: suscipe ꝓpicius pces huilitatis nr̃e et aiab⁹ fratrũ et sororũ nr̃arũ ꝯgregationũ: qb⁹ tui nois dedisti ꝯfessionẽ ꝑ hec sacramẽta salutis nr̃e: cũctorũ remissionẽ tribue pctorũ. p

Presta q̄s oṗs ⁊ misericors de⁹ vt aie fratrũ et sororũ nr̃arũ ꝯgregationũ ꝑ quibus hoc sacrificium laudis tue obtulimus maiestati: ꝑ huius sacramẽti virtutẽ a pctis oib⁹ expiate lucis ꝑpetue te miserãte recipiãt btitudinẽ. p. (Postcõ Pro benefactoribus. Or.

Omps ⁊ misericors de⁹ vnica salus mortaliũ: te supplices exoram⁹ ꝑ aiab⁹ famulorũ famularũq̄ tuarũ: parẽtũ ⁊ bñfactorũ nostrorũ: vt iteruenientẽ btã dei genitrice maria cũ oib⁹ sctis tuis: pctõrũ eis largiri digneris idulgẽtiã et in nouissimo die beate resurrectionis leticiã. Per eũ. Secr.

Sanctifica q̄s dñe hec fideliũ oim vitalia sacramenta ⁊ pſta vt per eã iteruenientẽ btã dei geitrice maria cũ oib⁹ sctis tuis hoc ipsũ ꝓficiat aiab⁹ famulorũ famularũq̄ tuarũ parẽtũ et bñfactorũ nr̃orũ: vt ab oib⁹ vicijs expiate: pabulo vite reficiant̃ eterne. p. Postcõ. Vo.

Vivificet nos q̄s dñe salutare q̄ pasti sumus sacramẽtũ ⁊ iteruenientẽ btã dei genitrice maria cũ oib⁹ sctis tuis: ꝯcede vt hoc ipm ꝓficiat aiab⁹ famulorũ famularũq̄ tuarũ parentũ et bñfactorũ

tuoꝝ ad ꝯmerendā ꝓpiciatōis tue
graꝫ ꝙ ꝑcipiendā future resurrectio
nis gl'iaꝫ sempiternā. p. Pro abbē. oꝛ
P Resta q̄s dn̄e vt aīa famuli
tui abbatis quē ī hoc sclo com
morātē sacris muneribus decorasti
in celesti sede gl'iosa sp̄ exultet. p
S Uscipe q̄s dn̄e hostias Sec.
q̄s tibi ꝓ aīa famuli tui ab-
batis huiliter imolam⁹ obsecran
tes miaꝫ tuā vt cui sacerdotale offi
ciū ꝯtulisti dones ꝙ meritū. p. p⁹ cō
C Oncede q̄s oīps de⁹ vt ꝑ hec
sctā misteria aīa famuli tui
abbatis ī ꝯspectu tuo clara ꝯsistat q̄
tibi fideliter ministrauit . p. Pro sacer
D Eus cui⁹ mīe nō est numer⁹ dote oꝛ
suscipe ꝓ aīa famuli
tui sacerdotis p̄ces nr̄as: ꝙ lucis et
leticie regionē scōꝝ tuoꝝ societa
Q Tiū iubeas ꝯcedere. p. Sec̄
Q uesum⁹ dn̄e deus nr̄ vt oblationē quā tibi
offerimus ꝓ aīa famuli tui sacerdo
tis placatus accipias: ꝙ quē tuis al
taribus seruire tribuisti ad vitā perpetuā ꝑ
uenire iubeas ꝯsortia sacerdotū. p
P Resta q̄s oīps de⁹ per h⁹ cō
hec sctā misteria aīe famuli
tui sacerdotis eterne felicitatis ꝯsor-
tiū: cui donasti sacri altaris ꝯtēq̄ mi
sterium. p. Pro patre ꝙ matre. oꝛ
D Eus q̄ nos patrē et matrē
honorare p̄cepisti miserere
clemēter aīab⁹ pr̄is ꝙ matris mee
eoꝛq̄ pctā dimitte meq̄ eos ī eter
ne claritatis gaudio fac vidē. p. Sc̄.
S Uscipe dn̄e hoc sacrificiū qd̄
tibi ꝓ aīab⁹ pr̄is ꝙ mr̄is mee
offerī: eisq̄ gaudiū sempiternū ī regi-
one viuoꝝ ꝯcede: meq̄ cū eis felici
C tati sctōꝝ adiūge. p. P⁹ cō.
C Elestis dn̄e participatio sa
cramenti aīabus pr̄is et mr̄is mee
requiē ꝙ lucē obtineat ꝑpetuā: me
q̄ cū illis gr̄a tua coronet eternā. p.
Pro quolibet defuncto. Oratio.

D Eus cui soli ꝯpetit medicinā
p̄stare post mortē tribue
q̄s vt aīa famuli tui ab omnibus
exuta peccatis electoꝝ tuoꝝ so-
cietatibus aggregetur. Per. Secre.
S Uscipe quesumus domine
hanc oblationem quam ti-
bi offerim⁹ ꝓ aīa famuli tui vt re
quiē eternā dones et inter sctōs et
electos tuos ꝯtem⁹ illoꝝ ꝯsortiis et
A vita perfruatur eterna. p. Secr.
A Scēdāt ad te dn̄e p̄ces nr̄e
et ꝑ hec sctā q̄ supplicim⁹ aīam famu
li tui gaudia eterna suscipiāt: vt
quē fecisti adoptiōis participē: iu
beas hereditatis tue esse ꝯsortē.
Per do. Pro amico defuncto. Oꝛ
A Diuua nos de⁹ salutaris nr̄
et beatissime dei genitricis
sempq̄ virginis marie p̄cibꝫ exorat⁹
aīam famuli tui in beatitudinē sem
piterne lucis ꝯstitue. Per. Sec̄
S Uscipe q̄s dn̄e hostias pla-
catiōis et laudis q̄s ī hono-
re btē dei genitricis marie nōi tuo
ꝯsecrādas offerim⁹: et ꝑ te deq̄ fa-
muli tui tibi suppliciter īploramus. p
A Scēdāt ad te dn̄e p̄. P⁹ cō
ces nr̄e ꝙ aīa famuli tui gau
dia eterna possideat et quē fecisti
adoptiōis participē itercedēte btā
dei genitrice maria iubeas here-
ditatis tue esse ꝯsortem. Per do.
Pro defuncto morte p̄uento. oꝛ.
O Mnip̄s ꝙ misericors de⁹ ī cui⁹
ptāte humana ꝯditio consi
stit: aīaꝫ famuli tui ab oībꝫ absol-
ue pctīs vt penitentie fructū quē
voluntas ei⁹ optauit p̄uent⁹ morte
S non perdat. Per. Secreta.
S Atisfaciat tibi dn̄e q̄s pro aīa
famuli tui sacrificij p̄sentis ob-
latio: et pctōꝝ veniam quā q̄siuit
inueniat: et qd̄ officio vocis iplere
nō potuit desiderate penitētie fru
ctū te largiēte ꝑcipiat. Per dn̄m.

Deus a q̄ ꝑstat hūanis cordi-
b⁹ oē qđ bonū est: tribue p
hec sctā q̄ supplim⁹: ut sicut aie fa-
muli tui penitentiā velle donasti:
sic idulgētiā tribuas miserat⁹ op
tatā. p. Pro masculis familiaribꝫ
Omnipotens sempiterne de⁹ cui nūq̄ Or
sine spe mie supplicat: ppici
are aiabꝫ famloꝝ tuoꝝ ut q̄ de hac
vita i tui nois cōfessiōe decesserūt
scōꝝ tuoꝝ nūero facias aggrega
Propiciare q̄s dn̄e (ri. p. Sec
aiabꝫ famuloꝝ tuoꝝ pro q̄bꝫ
hostias tibi placatiōis offerimus
et qꝛ i hac luce fide māserūt catho-
lica: i futura eis vita misericordis
sima retributio cōdonet. p. Postc.
Hec nos cōio dn̄e purget a cri
mie ꝛ aiabꝫ famuloꝝ tuoꝝ ꝯ
celestis gaudiū tribuat ꝯsortiū ut
ante thronū glie xpi tui segregati
cum dextris nichil cōe habeāt cum
sinistris. p. Pro femis familiaribus
Quesum⁹ dn̄e p tua pieta Or
te miserere aiabꝫ famularū tu
arū ꝛ a ꝯtagiis mortalitatis exutas
i etne saluatiōis parte restitue. p
His sacrificiis dn̄e aie Sec
famulaꝝ tuaꝝ a pctis oībus
eruantur sine quibus a culpa ne-
mo liber existit et presta ut per hec
pie placationis officia: perpetuā
miam consequātur. Per. Postcō.
Inueniāt q̄s dn̄e aie famula
rū tuaꝝ lucis etne consortiū
cui⁹ ppetue mie cōsecute sūt sacra
mētū. p. Pro femina defūcta. Or
Maiestatē tuā dn̄e supplices
depcamur ut aia famle tue
ab oībꝫ q̄ hūanit⁹ cōmisit exuta: i
tuoꝝ cēseat sorte iustoꝝ. p. Secr.
Hostias tibi dn̄e humili sup
plicatōe deferim⁹ depcātes
maiestatē tuā ut aia famule tue p
hec pie placatōis officia: puenire
mereat ad requiē sēpitnā. p. Po

Presta q̄s dn̄e aie famle tue
miaꝫ sēpitnā: ut eā mortali
bus nexibus expeditā: lux eterna
possideat. p. Pro trigintalibꝫ. Or.
Inclina dn̄e aurē tuā ad p̄ces
nr̄as q̄bꝫ miaꝫ tuā supplices
depcamur: ut aias famloꝝ famu
larūqꝫ tuaꝝ q̄s de hec sclo migra
re iussisti: i pacis ac lucis regione
ꝯstituas ꝛ scōꝝ tuoꝝ iubeas eē ꝯ
Animas famu (sortes. p. Se.
loꝝ famulaꝝqꝫ tuaꝝ q̄s dn̄e
ab oībꝫ viciis ꝯditiōis hūane hec
absoluat oblatio: q̄ etiā toti⁹ mū
di tulit imolata pctm̄. p. Postcō.
Annue nobis dn̄e per hoc sa
crificiū qđ sumpsim⁹: ut aie
famloꝝ famulaꝝqꝫ tuaꝝ remissio
nē quā sp optauerūt mereant ꝑcipe
re delictoꝝ. p. Pro bn̄factoribꝫ. Or
Miserere q̄s dn̄e aiab⁹ olim bn̄
factoꝝ nr̄oꝝ defunctoꝝ: ꝛ p
bn̄ficiis q̄ nob' largiti sūt i tris p
mia etna ꝯsequant i celis. p. Sec.
Placeat tibi dn̄e sacrificiū p
sētis oblatio pro nr̄a olimqꝫ
bn̄factoꝝ nr̄oꝝ salute q̄r quarūqꝫ
memoriā speciali affectu recolimus
oībusqꝫ xpianis viuis ac defūctis
miserere ppicius. p. Postcō.
Sumpta sacramēta dn̄e nos
absoluāt a vīculis pctoꝝ et aiab⁹
olim bn̄factoꝝ cōsortia obtineant
spirituū btōꝝ. p. Pro q̄escētibus i
Deus cui⁹ mi (cimiterio. Or
seratōe aie fideliū reqescūt
aiab⁹ famuloꝝ famulaꝝqꝫ tuarū
oim hic et vbiqꝫ i xpo q̄escētiū: da
ppici⁹ veniā pctoꝝ ut a cūctis rea
tib⁹ absoluti tecū sine fine letent. p
Pro aiab⁹ famuloꝝ fa (Sec.
mularūqꝫ tuarū oim hic et
vbiqꝫ in xpo q̄escētiū hostiā dn̄e su
scipe benign⁹ oblatā: ut hoc sacri
ficio singulari vīculis horrende
mortis exute vitam inuenire me-

stantur eternam. Per. Postcõio.
DEus fideliū lumē aiarū: ade
sto supplicationib⁹ nrīs
et da famulis ⁊ famulab⁹ tuis quo
rum corpa hic et vbiqꝫ i xp̄o requiescūt re
frigerij sedē quietis btitudinē luis
claritatē. P. Pro qbus orare tenē.
COncede q̄s dn̄e te⁹ (mur oꝝ
nīs: vt aie famlor famlarūqꝫ
tuaꝝ quoꝝ quorūqꝫ ⁊ cōmendationem spe
ciali deuotiōe agim⁹: ⁊ p qb⁹ ora
re iussi ⁊ debitores sum⁹ atqꝫ oim
bn̄factoꝝ nr̄oꝝ necnō cōsāguineo
rū et familiariū nr̄oꝝ cūctorūqꝫ fi-
deliū i signib⁹ sc̄tōꝝ tuoꝝ requiescāt
morꝫ ex mortuis resuscitati tibi
placeāt in regione viuoꝝ. P. Secr.
HEc munera q̄s dn̄e q̄ oculis
tue maiestatis offerim⁹ aia
bus famuloꝝ famularūqꝫ tuaꝝ quoꝝ
quorūqꝫ ⁊ cōmendationē sp̄ali deuotiōe
agim⁹ ⁊ p qb⁹ orare iussi ⁊ debito
res sum⁹ atqꝫ oim bn̄factorū nr̄oꝝ
necnō cōsāguineoꝝ nr̄oꝝ ac fami-
liariū nr̄orū cūctorūqꝫ fideliū salu-
taria esse ꝯcede: vt tua pietate vin
culis horrēde mortꝫ exute eterne bti
tudinis mereāt esse participes. P.
DEus q̄ inestiabili mia (Po⁹cō
aias mortaliū ab angustijs
trāsferes ad requiē: propiciare sup
plicatiōibꝫ nr̄is p aiabus famulo
rū famularūqꝫ tuaꝝ quoꝝ quorūqꝫ com
mendationē sp̄ali deuotiōe agim⁹
et p qb⁹ orare iussi ⁊ debitores su
mus et oim bn̄factoꝝ nr̄oꝝ necnō
cōsāguineoꝝ nr̄oꝝ ac familiarium
cūctorūqꝫ fideliū: vt eas paradiso
restituēs in tuoꝝ celestes sorte iusto
rū. P. Pro oib⁹ fidelib⁹ defūctꝫ. Or.
FIdeliū de⁹ oim cōditor ⁊ re
demptor aiab⁹ oim fideliū de
fūctoꝝ remissionē: cunctoꝝ tribue
pctōꝝ: vt indulgētiā quā semp opta
uerūt piꝭ supplicatiōib⁹ ꝯsequant.
Qui cū deo pr̄e et sp̄ū sc̄tō. Secret.
HOstias q̄s dn̄e q̄s tibi p aia
b⁹ oim fideliū defūctoꝝ offe
rim⁹ ppiciat⁹ itēde vt qb⁹ fidei xp̄ia
ne meritū ꝯtulisti dones ⁊ p̄miū p
ANimabꝫ q̄s dn̄e oim (Po⁹cō
fideliū defūctoꝝ oro pficiat
supplicatiū: vt eas et a pctīs oib⁹
exuas et tue redēptiōis facias esse
participes. Qui cū Oro gn̄alis.
PIetate tua q̄s dn̄e nr̄oꝝ sol
ue vincula oim delictoꝝ: et
itercedēte btā et gl'osa sēpqꝫ ṽgie
dei genitrice maria cū oib⁹ sc̄tis
tuis [illegible] reges ⁊ principes
ep̄os et abbates ⁊ oim plebē illis
cōmissā nosqꝫ famulos tuos atqꝫ
loca nr̄a i oi sc̄titate custodi: oēsqꝫ
cōsanguitate ac familiaritate vel
ꝯfessiōe et orone nobis iūctos: seu
oēm ppl'm catholicū a vicijs oib⁹
purga: ṽtutib⁹ illustra: pacē et sa
lutē nobꝫ tribue: hostes visibiles
et inuisibiles remoue: pestē ⁊ famē
repelle: inimicis nr̄is caritatē atqꝫ
infirmis sanitatē largire: ⁊ iter fa
muloꝝ tuoꝝ i salutis tue pspérita
te dispone: ⁊ oib⁹ fidelib⁹ viuis ac
defūctis i terra viuētiū vitā et re-
quiē eternā cōcede. P. Secr.
DEus qui singulari corporis
tui hostia toti⁹ mūdi soluisti deli-
cta: hac oblatiōe placat⁹ maculas
scelerꝫ nr̄oꝝ absterge: et oim xp̄ia-
noꝝ fideliū viuorū ac mortuorum
pctā dimitte: nobisqꝫ intercedēte
btā ⁊ gl'osa sēpqꝫ virgie dei genitri
ce maria cū oib⁹ sc̄tis tuis p̄mia
eterna largire saluator mūdi. Q cū.
SUmpta sacramēta q̄s dn̄e (Po⁹cō
oia crimia nr̄a detergāt oēm
prauitatē et hostilē īpugnationē
visibilē ⁊ inuisibilē seu īfirmitatem
atꝫ subitā mortē meritꝫ btē dei ge
nitricis sēpqꝫ ṽgis marie ⁊ oim sc̄toꝝ
tuoꝝ itercessiōe a nobꝫ pcul [illegible]
lāt: ⁊ oib⁹ fidelib⁹ viuis ⁊ [illegible]

psint ad veniā: pro q̄r gr̄a tibi
sūt oblata salute. P. e. Oro gn̄al.
Sanctissime dei genitricis sem
perq̄ virgis marie et btōr oim
celestiū virtutū: sctōr q̄q patriarcha-
rū prophetarū aplōr evangelistarū
martyr confessor atq virginū et oim
sanctōr tuor q̄s ops de⁹ meritis et
pcib⁹ placat⁹ tribue nobis miam
tuā et da pplō tuo iuiolabilē fidei fir
mitatē et pacē: repelle a nobis ho
stē et famē et pestē: da nobis in tua
virtute constantiā et fortitudinē: imit
te hostibus nr̄is formidinē et iualit
tudinē: retribue oibus nobis bona
facientib; vite et̄ne btitudinē: da
inimicis nr̄is et psequētib⁹ nos re-
cognitionē et idulgētiā concede defū
ctis nr̄is et oib⁹ in xp̄o q̄escētibus
remissionē oim pctōr: et requiem
sempiternam. Per eū. Secr.
In conspectu diuine maiestat;
tue q̄s ops de⁹ itercedēte sctissima
dei genitrice sēpq virgine maria
et btis oib; celestib; virtutib; san
ctis q̄q patriarchis pphetis aplis
euāgelistis martirib; cōfessorib⁹
et virginib; atq oib; sanctis tuis
oblationes nr̄e et pces acceptabi-
les ascēdāt: et tua ppiciatione ve
niam nobis et pacē tribue hostē/
famem/et pestem a nobis repelle:
fidem spem caritatē nobis largire
defēsione tua nos sēp circūtege:
hostiū nror superbiā et virtutē cō-
tere: oib⁹ nobis bona faciētibus
gr̄e tue abūdātiā tribue discordā
tes ad pacis bona converte: defūctis
nr̄is requiē cōcede et oib; fidelib;
tuis vitā sempiternā largire. P eū.
Per hui⁹ sacramēti (Postcō.
mysteriū atq virtutē q̄s dn̄e
de⁹ nr̄ ops: sctissima dei genitrice
sēpq virgie maria: et btis oib; ce
lestib; virtutib; sctis q̄q patriarchis
...is/aplis/euāgelist;/martiri.

b;/confessorib; et virginib;/atq oib;
sanctis tuis itercedētib; viciorum
nror macule deleant: pces nr̄e i cō
spectu maiestat; tue acceptabiles
iueniant: ppliq tu⁹ a pctis et hosti
b; liberet: fidei rectitudie roboret:
hostiū nror superbia et fortitudo p
sternant: pestilētie et fames pcul
pellant: bona nob; faciētes gr̄e tue
abūdātia repleant: discordātes in
fraternā pacē reuocent: defuncti
nr̄i requiē consequant: et oēs fideles
tui vitā et̄nā adipisci mereant. P eū.
Omniū sctōr tuo(Oro gn̄al.
Orū itercessionib; q̄s dn̄e grā
tua nos sp ptege: et xp̄ianis oib;
viuētib; atq defūct; miaz tuā vbi
q̄ ptēde: vt viuētes ab oibus ipu-
gnationib; sint tua opitulatione
defēsi et defūcti remissionē mereant
pcipere suor oim pctōr. P. Secre.
Oblationes nr̄as q̄s dn̄e ppi-
ciat⁹ itēde et ob tuor oim scō
rū honorē veniā nob; nror tribue
pctōr et xp̄ianis oib; viuētib; atq
defūct; hec pn̄s oblatio et p̄nt; vi-
te subsidia et future p̄mia et̄na ac
Hec sacrificia(q̄rat. P. Post cō.
q̄ sūpsim⁹ dn̄e meritis et iter
cessionib; oim scōr tuor nobis ad
salutē pficiāt et xp̄ianis oib; vi-
uētib; atq defūctis te fauēte et̄na
ac ꝑhalia p̄mia benigne acq̄rāt. P.
Omps sempit̄ne de⁹ (Oro gn̄al
q̄ viuor dn̄aris simul et mortuo
rū: oimq misereris q̄s tuos fide et
ope futuros esse pnoscis: te suppli
ces exoram⁹ vt p q̄b; effūdere pces
decreuim⁹ q̄sq vel pn̄s seclm adhuc
i carne retinet vel futurū iā exutos
corpe suscepit pietatis tue clemē-
tia oim delictor suor veniā et gau
dia consequi mereant eterna. P. Secre.
Deus cui soli cognit⁹ est nu-
mer⁹ electorum in superna felici-
tate locād⁹ tribue q̄s: vt vniuerso

eũ quos i ordĩe zmẽdatos suscepim⁹ siue oim fideliũ noĩa btẽ pdestina tiõis liber ascripta retineat. Per.

P Ro celestis zuiuii io (P⁹ cõ) cũditate grãs tibi referim⁹ rex z sacerdos nr̃ maiestatẽ tuã hui liter rogãtes: vt hec sacrosctã corporis et sãguis tui hostia nõ sit nobis reat⁹ ad penã: sed itercessio salutaris ad veniã: sit ablutio scelerũ sit fortitudo fragiliũ / sit zt̃ra oia mũdi picula firmamẽtũ / sit viuorũ atq mortuorũ fideliũ remissio oĩz delictorũ. Per te saluator mũdi rex glie. Qui vi. ¶ Si quis triginta le sci gregorii celebrare disposuerit / tũc celebr̃ tres missas d nat. dñi: tres de epia dñi: tres de purific. btẽ ma. tres de ãnũ. eiusdẽ: tres de resurrectione dñi: tres de ascẽ. dñi: tres de pẽthe: tres de trini: tres de assũp. btẽ ma. z tres de nat. eiusdẽ. ita q iste misse celebrent infra oct. dictorũ fest. sicut i pma die cũ eodẽ. Kyriel. Glia i ex. et. Credo. et seq. et pfatiõe. Cõicantes. et Hãc igit. Sctus. et. Agn⁹ sicut ztinent i canone: z cũ istis oronibz sequẽtibz it. q ordes subseqn. cũ ordẽ d fest. sub vno Orem⁹ z sub vno Per dñ. dicant. Et debẽt dici qtid. p ãnũ. Placebo z. Dilexi cũ. ix pis z ix. l. z. ix. aĩis nisi i tpe pas. i q qtid. cũ iii. l. dicet z totiẽs dicet zmẽdatio aiarũ ita q tam añ Placebo q ad Dirige. sit pria oro De⁹ sũma spes nr̃e redẽptiõis / q i trã pmissionis añ nos trãs nasci elegisti: mortemq ibidẽ sustinuisti: libera pp̃ici⁹ aiaz famli tui N. de manibz demonũ z eãdẽ trã de ptãte paganorũ: vt pp̃s q in te nõ credit p vtutẽ tuã emẽdationẽ ha

D Eus sũma spes nr̃e redẽpti onis q i trã pmissionis añ nos trãs nasci elegisti: mortemq ibidẽ sustinuisti: libera pp̃ici⁹ aiaz famli tui N. de manibz demonũ z eãdẽ trã de ptãte paganorũ: vt pp̃s q in te nõ credit p vtutẽ tuã emẽdationẽ ha

beat z illis oibz q i te zfidũt p tuã magnã succurre pietatẽ. q cũ. Se

O Mnĩps sẽpiterne de⁹ redẽptor oĩaz saluãdaz et pciũ redẽptiõis totĩ⁹ gñis hũani miserẽ clemẽter aĩe famuli tui. N. z qcũq in eo viciorũ fallẽte dyabolo z pp̃a liquitate zt̃raxit: tu pi⁹ et misericors abluas i dulgẽdo z terrã quã sãguine tuo pp̃o dedicasti de manibz inimicorũ crucifixoz eripias: z vota filiorũ isrl̃ ad ei⁹ liberationẽ istãtiũ i via salutis et̃ne mĩsicordie dirigẽdo. q cũ

D Eus cui⁹ mie nõ ẽ nu (P⁹ cõ) mer⁹ cui soli cõpetit medicinã pstare post mortẽ qui es vita viuẽtiũ: spes moriẽtiũq salus oim in te spantiũ: q trã hereditatis tue p pctã filiorũ elsau pollutã pcioso sãguine tuo dignatus es zsecrare tu aiaz famuli tui. N. p hui⁹ vtutẽ sacramẽti a pctis oibz exuas et a penis quas p his meret eripias z pp̃lz icredulũ ac rebellẽ p grãm tuã facias peculiarẽ: illisq oibz q in tua mia zfidũt manũ auxilii tuo pp̃itiũ me largiẽdo. q cũ. ¶ Oibus dup. fest. p ãnũ siue sit de tpali siue d sctõrũ dr̃ vnũ istorũ. Kyrie cũ suis v. p dispositione cãtoris ita tñ q i fest. maiorib⁹ dup. dr̃. De⁹ creator et i ceteris dup. p ordinẽ. vz. Kyrie rex ge. Kyrie fõs. Kyrie ops. Kyrie rex splẽdẽs. Lux z origo. Cũcti potẽs. Cõditor. Kyrie. Orbis fa. Ita tñ q i die epy. z die pẽt. z i fest. corporis xp̃i dr̃. Kyrie fõs In fe. sci michael i mẽse septẽbri dr̃. Kyrie rex sple. cũ suis. v. In fest. sci dñiani z sci michaelis i mõte tũba dr̃. Kyrie rex sple. absq. v. In vtroq fest. scte crucis dr̃. Lux z orig cũ suis. v. [illegible]

[redacted]

Recordare domine testamenti tui: et dic angelo percutienti cesset iam manus tua ut non desoletur terra nec perdas omnem animam vivam. In tempore pasch. alleluia. Ps. Qui regis israel intende: qui deducis velut ovem ioseph. Oratio

Deus qui non vis mortem sed penitentiam desideras peccatorum: populum tuum quesumus ad te converte propicius: ut dum tibi devotus extiterit: iracundie tue ab eo flagella amoveas. Per. Lectio li. re. ii.

In diebus illis. Immisit dominus pestilentiam in israel de mane usque ad tempus constitutum: et mortui sunt ex populo a dan usque bersabee septuaginta milia virorum. Cumque extendisset manum suam angelus domini super hierusalem ut disperderet eam misertus est dominus super afflictione: et ait angelo percutienti populum. Sufficit. Nunc contine manum tuam. erat angelus domini iuxta aream areuna iebusei. Dixitque david ad dominum: cum vidisset angelum cedentem populum. Ego sum qui peccavi et inique egi isti qui oves sunt: quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua contra me: et contra domum patris mei. Venit autem gad propheta domini ad david in die illa: et dixit ei. Ascende et constitue altare domino in area areuna iebusei. Et ascendit david iuxta sermonem gad: quem preceperat ei dominus. Gr. Misit dominus manum suam et sanavit eos et eripuit eos de interitu eorum. V. Confiteantur domino misericordie eius et mirabilia eius filiis hominum. Alleluia. V. Salvabo populum meum in medio ierusalem ero eis in deum in veritate et iusticia. Seq.

Iubilemus pia mente hoc corde concinente trinitatem collaudantes Patrem prolemque premunientes pneuma veneremur laudis melos concrepantes. Deum una proclamemus: summum deum imploremus misereri ut dignetur. Congravatur cor languescit: iam gens meret et plangescit: pestis morsum dum veretur. Aura ledit fuerit pestis morbus urit: nulla mestis spes salutis redditur. Mare fluit mirtum fele iam tempestas iam procelle pre dolo ubique premitur. Si pro malis irascaris tempus est ut revertaris pie iesu miserere. Leo lustrans oves querit: nisi pius ovis perit bone pastor nos tuere. Terra mare firmamenta: que parent elementa tuo facto numine. Mare novit te calcantem: dum te sentit ambulantem: fecunda fiunt flumine. Cuncta sunt te iubente: non moventur sed repente reddunt pacifica. Toto nisu tota cura: omnis laudat te factura o virtus almifica. Auras mitte nobis letas pestes procul pelle. Transfer nos ad vite metas ne nos turbent tot procelle. Oli culpa nos ligati: respirantes credimus. Corde mesto flagellati: tibi soli credimus. Lex antiqua transgressores conversos eripuit. Tue legis abusores pie dum corripuit. Ioab abner persequente: et hunc armis insequente: prece datur venia. Ioab vitam consecutus: nocte viam transit tutus per montis cacumina. Davidi prophetico vita datur termino pro delicto gravi. Tersum fugit facinus dum latet vocibus in quiens peccavi. Ezechias reddit flectum: et peccatum et deletum stati ut penituit. Fletum fecit et profecit sibi deus hinc adiecit annos et constituit. Mitis hester pie mentis pro salute sue gentis assuerum adiit. Hinc fit salus mardochei: crux equatur aman reo qui suspensus periit. Virtus iudith de supernis diva dum illustrat. Caput aufert olo

fernis et captiuos liberat. Mater ergo summi regis tibi nat⁹ xp̄s ver⁹ Nos signauit vmbra legꝫ hester tu hic assuerus Virgo natū intercede: vt afflictos liberet. Saluet nos a pestis cede q̄s pie redimeret Virgo mr̄ marꝫ stella: fōs ortoꝝ vbi cella ne nos pestis aut procella petro res ob ruāt Eya mr̄ terge fletū tēpestatis tolle fretū cor mestoꝝ redde letū iā p̄ces subueniāt Proles parcit si p̄ oras mr̄ ergo rumpe moras posce tuū filiū Aura sedatū p̄ēs pestis sit sadāt p̄fer mestis salutis auxiliū. Nos tu⁹ ih̄e nat⁹ tollat penas et beatus nobis prestans cōsolamen Sum regni sempiterni vbi ciues sūt supni: p̄sonem⁹ oēs. Secūdū lucā.

In illo t̄p̄e Surgēs iesus (iiij) de synagoga itrouit i domū symonis Socr⁹ aūt symōis tenebat magnis febrib⁹ rogauerūt illū p̄ ea Et stās sup illā iperauit febri et dimisit illā Et p̄tinuo surgens ministrabat illis Cū aūt sol occidisset: oēs q̄ habebāt ifirmos varijs lāguorib⁹ ducebāt illos ad eū. At ille singulis man⁹ iponēs curabat eos Exibant aūt demonia a multꝫ clamātia ꝑ dicētia q2 tu es fili⁹ dei Et icrepans nō sinebat ea loq̄: q2 sciebāt ipsū eē xp̄m. Factā aūt die egress⁹ ibat i desertū locū: ꝑ turbe req̄rebāt eū Et venerūt vsq3 ad ipsū: ꝑ detinebāt illū: ne discederet ab eis Quib⁹ ille ait Q2 ꝑ alijs ciuitatibꝫ oportet me euāgelizare regnū dei Q2 ideo miss⁹ sū Et erat p̄dicās: i synagogis galilee. Offer. Stetit pōtifex iter mortuos ꝑ viuos hn̄s thuribulū in manu sua aureū: et offerēs icēsi sacrificiū placauit irā dn̄i ꝑ cessauit plaga a deo. In t̄p̄e

Subueniat nobis pas. alla. Se dn̄e q̄s sacrificij p̄ntis operatio ꝑ nos ab errorib⁹ vniuersis potēs

[illegible]

E[illegible]

dei genitrice [illegible] ria: populum tuum ab iracundie tue horroribus liberum: ꝑ mie tue tua fac largitate securū. Per dominū nr̄m. ¶ Officiū sancti rochi

Congratulamini omnes in dn̄o diē beati Rochi cōmemorātes in cui⁹ cōmemoratione letat eccl'ia: plebs exultat et angeli dulcia dāt melodia dicētes gl'a tibi dn̄e q̄ talē virū i p̄fessorē elegisti. ps. Beati immaculati in via: qui ābulant in lege dn̄i. Gloria patri. Oratio.

Deus qui es gliosus in gloria sanctorum et cunctis ad eoꝝ patrocinia cōfugientibus sue petitionis salutarem prestas effectum: cōcede plebi tue vt intercedente btō rocho cōfessore tuo que in eius celebritate se deuota exhibet a languore epydimie quam in suo corpe pro tui nois glia passus est sit liberata / et tuo noi sēper sit deuota. Epl'a. Ad thimotheū. ij. ij

Carissime: Memor esto iesum christum surrexisse a mortuis ex semine dauid secundum euangelium meum in quo laboro vsq3 ad vincula quasi male operans sed verbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos: vt ꝑ ipsi salutem consequantur q̄ est cum xp̄o iesu in gloria celesti. Tu autem assecutus es meā doctrinā institutionē: ppositū: fidē lōganimitatem dilectionē: patiētiā: psecutiones passiones qualia michi facta sunt.

anthiochie iconio listris q̄les pse cutiones sustinui ⁊ ex oib⁹ me eri puit dn̄s ⁊ oēs q̄ pie volūt viuere i xp̄o iesu psecutōez patiētur. Gr. Tibi pio scō rocho honor sit ⁊ glās depcātes ap̄d celeste numē tuū p̄ci- b⁹ morbo epydimie saluos reddi. ℣ Fac q̄s btē ꝯfessor xp̄i vt ap̄d deū p̄ ces nr̄e nō sit vane: ⁊ nob̄ aerꝫ tē- periē ꝯcede vt i sine tecū i celꝫ ꝯgra- tulemur Al. ℣ O btē ꝯfessor roche q̄ magna ap̄d deū sūt merita tua q̄bꝫ credim⁹ nos a morte epidimie posse liberari ⁊ aeris tēperiē ꝯcedi allā. Euāge. Vigilate qz. i cōi c. xi. Offer. Te btm̄ rochū xp̄i cōfessorē exoratū facim⁹ ⁊ p̄ces ad te patrē nr̄z dirigim⁹ vt tua itercessiōe a lā guoribꝫ epidimie saluemur ⁊ aerꝫ tēperie potiamur. Prefa. Eterne de⁹ Qui iminētē niniuitꝫ iteritū so lamia reuocasti q̄bꝫ vt ꝓpugtor er isteres cū orōē penitētia p̄stitisti: ⁊ huic pp̄lo tuo an̄ cōspectū glie tue p̄strato orādi tbue puritatē ⁊ q̄ de siderat p̄sta liberatiōꝫ effectū vt q̄ꝫ vnigeiti tui p̄cioso sāguie redeisti: nō patiarꝫ mia tua mortalitatꝫ i= terire supplicio. p. Secreta

Parce nobis dn̄e ⁊ flagella ire tue q̄ pctā nr̄a merent̄ p̄cibꝫ ⁊ me= ritis btissimi cōfessorꝫ tui rochi a nobꝫ misicordit̄ auerte. Cō. O q̄ magnificū ē nomē tuū btē roche q̄ tuis itercessionibꝫ multitudinē lā guētiū nosti sanare: et nomē tuū gliosū ꝯveōrātibꝫ oib⁹ te ꝓpiciū exhibē veni et salua nos a morbo epidimie ⁊ aerꝫ tēperiē nobꝫ ꝯcede

Presta q̄s ops de⁹ vt q̄ d⁹ cō. celestia sacramēta ꝑcepim⁹ itercedēte btō rocho cōfessore tuo p hec ꝯtra oia aduersa mūdi mu= niamur ⁊ ab oī morbo ⁊ peste ac a subitanea morte liberemur. Per.

¶ In fes. scē v̄gis genouefe. offi.

Gaudeam⁹ oēs i dn̄o die festū celebrātes sub ho= nore genouefe v̄gis de= cu⁹ trāslatōe gaudēt ā- gelis collaudāt filiū dei. Ps. Eructa uit cor meū v̄bū bonū: dico ego o- pa mea regi. Gaudea. Gla. Gau. Kyrie eleysō. Glia i excel. dicit̄ or

Deus q̄ btē genouefe v̄gis ex cellētiā mītiplici v̄tutū gla declarasti: ꝯcede nobꝫ q̄s: vt q̄ per glam tuā hodierna die in mēbris hūanis ignis horrēdi ꝯsupsit icē- diū nos q̄ꝫ a gehēne icēdijs libera tos ad gaudia trāsferat āgelorū. p. Epla Qui glat. Require i cō. v̄ginū Gr. Spē tua ⁊ pulchritudie tua itēde ꝓspe ꝓcede ⁊ regna. ℣ Propt v̄itatē ⁊ māsuetudinē ⁊ iusticiā ⁊ de ducet te mirabilit̄ dextra tua. Gr. Spe tua. Al ℣ Hec est v̄go sapiēs quā dn̄s vigilātē iuenit. Al. Seq̄

Genouefe solēnitas solēne pa rit gaudiū Cordis erūpat pu ritas i laudis sacrificiū. Felix or⁹ infātule teste germano p̄sule. Qui p̄uidit in sp̄u rerū ꝓbat̄ exitu. Hic ad pect⁹ v̄gineū p pudorꝫ signacu lo Nūmū suspēdit eneū crucꝫ isi= gnē titulo. Genouefā diuinit⁹ o= blato dotat mūere. Hāc tēplū scti sp̄us sub xp̄i dicās federe. Insōtē manu feriēs mr̄ p̄uat̄ lulē. Illi vir go ꝯpatiēs lucꝫ da vsū p̄stie Ge= nouefa magnimis carnē frāgit ie= iunio. Terrāq̄ rigās lachrimꝫ iu= gi gaudet martirio Celesti duce p̄= uio celos lustrat⁹ tartara Ciuesq̄ p̄cū studio fuat āgēte barbara Di nodiu mūere sic leuat artificū Cō tractū casu misē mr̄i resignat vni= cū Ad p̄mā p̄cē v̄gis ꝯtremiscūt de mōia Par dat̄ energumis spes egrꝫ reis venia In ei⁹ manu cerei reac= cenduntur celitus. Per hanc in sinus aluei redit amnis coercitus

Ignē sacrū refrigerat post mortē viuens meritis. Que prius in se vicerat estus īferni comitis. Morti/morbis/demonib⁹/et elemētis īperat Hic genoueffa ꝑcibus nature leges supat. Opat ī puulis xpi virt⁹ magnalia. Xpo ꝓ tot miraculis laus frequens iugis glia. Tr.

Gaude sctā genoueffa pia prudēs illibata spōsa xpi Ab āgelis collaudata a germano ꝓpheta sicq₃ fuisti. Signa patrās infinita cum digna tā mira vita sic vixisti. Nō post mortē coronata celo℞ virgo deo grata: sicq₃ possedisti. Vbicūq₃ plena bonis fugit ora ꝓ nobis Amē. Euā. de cō. vginū vz Simile ē re. ce. de. Nō vz. Credo nisi sit ī dnica. Offr. Offerent regi vgies post eā ꝓxime ei⁹ offerentur tibi. Sec.

Per hec dn̄e dona p̄ntia btā vgo genoueffa tibi nos reddat acceptos: ⁊ ab ignib⁹ etnis ita ctos tibi nos recōsignet lumi tue claritat℥ oblatos. P. Prefatio cōis vz. Cō. Diffusa ē grā ī labijs tuis ꝓpterea bn̄dixit te de⁹ ī etnū. P⁹cō.

Beata vgo genoueffa q̄s dn̄e (sūptis donis celestib⁹) sua nos ītercessiōe letificet: et apd̄ te meritis suis gliosis obtineat: ne preparatos impijs sempiternos sentiamus ardores. Per dominū.

Missa ꝓ febricitātib⁹. Officiū.

Iustus es dn̄e et rectum iudiciū tuū: fac cum seruo tuo scđm miam tuā. Ps. Beati imaculati ī via q ambulant in lege domini. Oratio

Omnīps sēpiterne deus qui per sctōs aplos ⁊ martyres tuos diuersa sanitatū dona largiri dignat⁹ es: da q̄s vt p̄sentē famulū tuū N. qui a febriū vexatiōe fatigat: ꝑ ītercessionē sctī sigismundi regis ⁊ martyris tui: tua medicina erigat ad salutē et ad sanitatē clementer reuocare dignet. P do.

Lectio libri sapientie. xxxiiij cap.

